



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem  
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.  
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum  
triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Homilia XXXVII. De Prædestinatis Et Præscitis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

- prædestinatorum iam vitam gaudere sempiterna, quæ hic Christus suis concedit omnibus.
- §. 24. Vitam æternam do eis &c. Nunc eâ fruuntur oves lætitia, qua teste Spiritu S. cordis vitæ nuncupatur.
- §. 25. Vitam æternam do eis. Oves Dei cælum secum deserunt portatile, ob bonam conscientiam iucunditatem, atque spem, quæ ex illa oritur, certissimam.
- §. 26. Vitam æternam do eis. Exposuit D. August. quod sicut sanctissimum mundi tormentum hoc est, quo reprobum mala torquet conscientia; sic solidissima est hilaritas, quæ bonum bona recreat conscientia.
- §. 27. Non peribunt in æternum. Sicut præscitorum symbolum est, perseverare in ruma peccati, atque in circuitu cum illis

ambulare: sic indicium est prædestinatorum in illis non perseverare in æternum.

- §. 28. Nemo rapiet eas &c. Symbolum ovium Dei hoc est, quod de manu illius non eripiantur; quamvis enim mobiles sint, ut naues, firma tamen sunt ut columna.
- §. 29. Nemo rapiet eas &c. Ostendit se Tobouem Dei, in eo quod diabolus illum minime potuerit Dei manibus eripere.
- §. 30. Nemo rapiet &c. quod dedit mihi Pater &c. Ego & Pater unum sumus. Probat Dominus id quod dixerat locutus illis clarè; & si voluerint illum lapidare, nos ipsi illuminamur, & hæreses contra diuinam eius personam confunduntur.

## HOMILIA XXXVII. DE PRÆDESTINATIS ET PRÆSCITIS.

Sexto die Mercurij Quadragesimæ.

Facta sunt Encania in Hierosolymis & hyems erat &c. Ioan. 10.



Tract. 48.  
in Ioan.

**H**ODIENVM Euangelium describit nobis dilectus Christo discipulus D. Ioannes, qui velut aquila cælestis eousque ascendit & attollit remigium vt ex mente D. Augustini necesse nobis sit intellectum intendere, quatenus ex eo aliquid capiamus: etenim ea est doctrina quam nobis proponit, non ordinaria est, sed suprema & altissima, quæ præclarissima & Theologiæ puncta complectitur: quia ex occasione quâ illi, qui ceteris in mundo sapientiæ palmam accipiebant scilicet Sacerdotes, Pharisei, & Principes à Salvatore postularunt, vt apertius loqueretur, & distinctè diceret absque vili verborum inuoluentis quicquam esset: manifestare cepit illis diuinitatem suam & immensæ sapientiæ suæ aperire

catarractas: *Ego sapientiæ effudi flumina.* Ri. Recl. 24. vos effundit ore suo diuino multiplici adco gurgite: vt omnes absorberentur, cum vires illis deficerent quibus horum profunditatem pervadarent: etenim agit de sublimissimis mysterijs prædestinationis & reprobationis de generatione æterna, & emanatione verbi diuini, de distinctione diuinarum personarum, vnitatis essentiæ, æqualitatis & consubstantialitatis filij cum Patre, de vtriusque omnipotentia, de sanctificatione animarum, de aduentu suo in mundum, de forma qua & ob quam illum æternus Pater misit: de modo quo homines sunt dii: hæc subtiliora licet superficialiter considerata ipsos exerceant Seraphinos: proinde non miremur, quod miseris illi sic obsecrarentur: etenim tali luce turbati & ob-

Recl. 24.  
40.  
Altissima  
docet hic  
Christus  
Sacramenta.

obfufcati velut vespertilioes illū lapidare conati ſūt: porro de illis adeo efficaçiter Chriſtus triumphū retulit: vt verbi ſui ſolā potentia illos vt ſtatua reddiderit, atq; vt tales hæſerint manibus lapides præferentes, quibus Redemptor noſter vt illas moterent, locum viresq; minime conceſſit. Ipſe per miſericordiam ſuā nos dignetur illuminare: nam tales diuina veritates luce indigent clariori: *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam*, petebat Dauid: Optimè veritatem Dei, Dei luci coniunxit: non enim hæc intelligetur veritas, quam nobis communicat niſi ſuam pariter lucem ad eius intellectum, nobis infuderit: illam obtinebit illa Dominus, quæ illam adeo copioſe recepit, vt eam Dn̄s Ioannes vidit ſole circumamictam, hanc autem nobis aſſequetur ſi eam ſupplices deprecemur, dicendo: *Aue Maria*.

§. I. *Salliciti viuere debemus, veram prædeſtinati ſumus: horum enim numerus eſt determinatus, & ſignatus, ſicut piſcium in ſecunda D. Petri piſcatione.*

**ſerm. 1.**  
**de qua drag.**  
**1.**  
**Prædeſtinatio magnam inuoluit anxietatem.**

**D**isputat D. Bern. de altifſimo prædeſtinationis myſterio, & circa illud tria notat. Primum: quod ſit magnæ anxietatis myſterium. Secundū: quod non ſit ſapientis illud velle perſeruari. Tertium: quod ad iuſtorum conſolationem quædam Deus prædeſtinationis ſtaterit indicia: atq; ad improborum terrorem indicia reprobationis. Primum: certe non pariuam ingerit hoc anxietatem, quid de me futurum erit, num ſaluabor, num damnabor? Vtrū ad æternam ſim prædeſtinatus gloriam, vtrum ad æternos ſim præſcius cruciatus? Vtrum de numero ſim electorum Dei, vt cum illo in regno eius regnem in æternum: vtrum de numero ab illo reprobatorum, vt cum Dæmonibus ignes ſuſtineaſompiternos? Doctrina eſt plana & indubitata, ſacris litteris expreſſa: quod Deus noſter & Dominus ab æterno quosdā prædeſtinauerit & alios reprobauerit, quosdā elegerit in cæli ſtellas & regni ſui reges, in quibus ſuam oſtenderet bonitatem & in quos miſericordie ſuæ cunctas effunderet diuitias, quibus illos aſſatim repleret: ea namq; de cauſa Apoſt. illos nominat: *Vaſa miſericordie*; alios autem reprobauerit, vt ſint inferni titiõnes, perpetui Luciferi dæmonumq; ſerui, conſtricti in æternum obſcuris illi- ergaſtulis & tenebrarum carceribus, in quibus ſuam Deus oſtendit iuſtitia, & horrendos in ſua torquentes eſtudit: qua de

**Ad Rom.**  
**2. 23.**

cauſa à D. Paulo dicuntur *Vaſa iræ*: licet autem noſcat Deus, quot ſint hi, & illi: tamen prædeſtinatorum numerus particulariter eſt à Deo præfixus & determinatus, vt probat D. Thom. ſicut & certus eſt eorū numerus, quos ad cœnā inuitaſti & elegiſti: hoc enim eſt quod ait, D. Paul. *Cognouit Dominus qui ſunt eius*. Merito dicit *Cognouit Dñs*: quia ipſe ſolus nouit, quot & quinā ſint iſti, quibus fors illa cecidit optatiſſima, ſicut Eccl. canit: *Deus cui ſoli cognitus eſt numerus elektorū in ſuperna felicitate locadus*.

Notat eleganter D. Aug. duas piſcationes D. Petri cum Apoſt. per virtutem Chriſti Saluatoris, prima contingit ante reſurrectionē, altera poſt. Primam piſcationem narrat D. Lucas: quando Dominus occurrit Apoſt. piſcantibus & multā moleſtia fatigatis: etenim totā nocte huc impenderant miniſterio, ſed irritò conatu & vacuis retibus. *Per totam noctem laborantes nihil cepimus*. Præcipit Dominus D. Petro: *Duc in altum & laxate retia veſtra in capturam*: idque in verumque latus dextrum & ſiniſtrum, Imperata faciunt, & illico implentur retia piſcibus tanta multitudine, vt ambæ nauiculæ hiſ implerentur, ſic vt ad ſubmerſionis periculum grauarentur: *Impleuerunt ambæ nauiculæ: ita vt pone mergerentur*. Tantum erat piſcium pōdus, vt retia dilacerarentur: *Pumpabatur autem rete eorum*.

Secundam piſcationem narrat D. Ioan. Chriſto Domino à mortuis reſuſcitato. D. Petrus cum aliis diſcipulis piſcatur, illis apparet Dominus in littore maris, atq; inde inungit illis: *Mittite in dexteram nauigij rete & inuenietis*. Iuſſis abiemperant, retia mittunt, & maximam colligunt piſcium multitudinem: erant omnes magni, grauioris ponderis, & determinato certoque numero, illos autem nauibus in mari ſituantibus non inieci: ſed ad ſolidum terræ littus attraxerunt: *Traxit rete in terrā plenum magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus*. Subiungit autem Euangelista hanc circumſtantiā: *Et cum tantis eſſent non eſt ſeiſſum rete*. Sed omnes in terrā attrahiti ſunt, & educti. Hic D. Aug. angelico præſtans ingenio ſubtiliter diſcurrit per has piſcationes piſces, retia, naues, & terram, etenim certum eſt cum hæc ipſe Deus operaretur & Sp. S. calamo D. Ioan. & D. Lucæ ſcriberet, quod credere non debeamus hic aliquid vacare myſterio: quinimo multa hiſ piſcationibus myſteria repræſentari.

Duas inuenimus piſcationes ambas expreſſa Chriſti virtute peractas. Prima, ipſo adhuc mortali

**I p. 13.**  
**ar. 7.**  
**2 Ad Th.**  
**2. 19.**

**II.**  
**Dux Apoſtolorum piſcationes allegorice explicatur.**  
**Luc. 5. 9.**

**104. 22. 6**

**53**

III.  
In duo-  
bus Ec-  
clesiæ  
statibus  
confide-  
rantur.

mortali vita viuente, perfecta est altera, cum esset iam in statu gloriæ per resurrectionem immortalis. Licet illas in duobus Ecclesiæ considerare statibus: quorum vnus vitam hanc spectat mortalem; alius venturam immortalem & gloriosam. Prima piscatio illa fuit facta per Apostolos, quando misit illos retibus instruktos Euangelij per totum mundum prædicatos dato illis præcepto vt ducerent in altum & maris profundiora penetrarent: non illis satis esset populo tantum Iudaico Dei verbum proponere, sed etiam Gentilibus, mandans vt retia laxarent & mitterent in mundum quaquaersum: *Euntes in mundum vniuersum, prædicata Euangelium omni creatura.* Retia laxant sua,

Marc.  
16. 15.

per vniuersum collegerunt piscium multitudinem omnibus manibus copiosam bonos & malos, vt ambæ complerentur nauicula per mundum fluctuantes, populi scilicet Iudaici & Gentilitij. Hos pisces nauibus iniecerunt mare sulcantibus, illi etenim quos colligebant, in huius vitæ mari remanebant, mille tempestatibus periculisque subditi quæ secum misera hæc trahit vita, velut mare nulla constans securitate.

IV.  
Mali vel  
hæretici  
retia di-  
laccrant.

Consideremus eum D. August. tantam fuisse piscium multitudinem vt nauicula pendere mergeretur, & pisces quidam retia dirumperent ac egredierentur: quia tantus fuit eorum numerus quos retia complexa sunt Euangelij, vt inter illos multi sint qui criminum suorum gravitate Ecclesiam non contemnendo exponunt periculo, & eam videntur submersuri qui & capius rete dilacerant, atque exiliunt scissuras in Ecclesia producentes, & diuisiones, ab eius se gremio discernentes: *Præmuntur nauigia præmultitudine, ita multi mali Christiani, qui male viuunt, Ecclesiam premunt. imo & retia dirumpunt: nam à nobis exierunt & schismata inducunt:* Dicitur Augustinus.

D. Ang.  
Ser. 148.  
de temp.  
Te. 10.

Potèrò alia piscatio est piscium eorum quos Dominus mensæ suæ, & regno eligit seruatque immortalis, per rete æternæ prædestinationis, quæ significatur per eam quam fecit rediuuus in statu immortalis, cuius symbolum erat terræ soliditas, *Stetit in litorea.* Proinde ve illam insituar, non vult vt in incertam, & ad quodlibet latus, retia mittantur, sed tantum ad dexteram, quia piscatio, quam Deus æternæ prædestinationis reti instituit, est tantummodo electorum ad dexteram suam in iudicio collocandorum: *Tam modo qualis erit Ecclesia post resurrectionem nauis, discernite, gaudete, spe-*

V.  
Omnes  
electi ad  
littus se-  
cundi tra-  
hantur.

*rare, comprehendite. Mittite, inquit, retia in dexteram partem, iam dextera apertur, nulli mali timeantur scitu eum qui dixit, se separatum esse oues à dextera, dicitur: accipite regnum. Collecti hoc reti in terram tracti sunt solidam: quos enim Deus elegit æternæ suæ prædestinatione, ad littoris trahit firmitatem, & beatitudinis statum immobilem, Ne timeas hoc rete dirumpendum: nullus etenim eorum, quos Deus hoc reti collegit, interibit: hoc enim est quod in præfati contestatur Euangelio: *Nemo rapiet oues meas de manu mea, & non peribunt in æternum.* Quod ipsum Apost. exposuit in hoc mysterio veritatissimus, dicit: *Firmum fundamentum Dei stat.* Omnes pisces ad securam tutamque pertingunt stationem.*

Considera, monet D. Aug. omnes esse magnos in tantum vt Angelis æquiparentur: *Capiuntur pisces magni quæ tunc paruis, quando erunt æquales Angelis Dei.* Omnes magis, qui coram Deo in eadem cum ipso mensa residebunt. Hoc inuuit Iaias: *Non eris tibi amplius infans dierum.* Sed quomodo hoc? Numquid multi pueruli reces baptizati hinc discesserunt, q. d. non erunt tibi parui, omnes erunt magni, omnes sapientes, omnes diuites, omnes tanta magnitudine præstitos, vt maximus terræ Moorchæ coram illis scoria fumosque reprobetur. Similiter certus erit eorum numerus, qualis & piscium eorum fuit: *Centum quinquaginta tres.* Quia certus est numerus, inquit D. Aug. nec hoc te moueat, quod numerum ponat adeo exiguum: *Abstine vt tantam paucitatem sanctorum in illo regno futuro esse suspicemur.* Hoc etenim tantummodo dicitur: quatenus NVII. intelligas prædestinatorum numerum certum esse, determinatum, præfinitum, à Deo compositum qui illum certo numero coarctauit: nam certus quos hic pisces nominauit, alio loco sidera est.

dixit, quæ tanto sunt numero vt omnem videatur numerum superare, vt nullus ea possit Arithmeticus comprehendere, sed Dominus *Psal. 146. Qui numerat multitudinem stellarum.* 4.

§. 2. Ita desideranda est fors prædestinatorum, sicut timenda fors reproborum; vnde sancti semper siment.

Hinc in te debet oriri perpetua quædam & anxia sollicitudo: vtum de numero hoc futurus sis, vel non: vtum inter electos ad gloriam

2. Ad  
Tim 2.  
16.  
VI.  
Omnes  
electi  
magis  
sunt.  
Isa. 64.  
20.

Numerus  
eorum  
certus  
est.  
Psal. 146.  
4.

Pf. 76. 5.

riam, vel inter damnatos ad poenam sis annu-  
 meratod : Hæc erat illa sollicitudo, quæ Da-  
 uidi somnum eripiebat, & cordis intima timore  
 perturbabat quando securus dormiebat: *Anti-*  
*cipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum &*  
*non sum locutus.* Vigilias vocat custodes qui in  
 militia nocte habent diuisa in quatuor partes  
 seu vigilias: quæ vigilie tanto rigore seruan-  
 tur quanto iustum est cum in eis totius exer-  
 citus somnus fundetur. Significat igitur Da-  
 uid: quod siquidem vigilis illi vnus post alterū  
 inuicem expergefaciunt, vt tempore suo suas  
 peragant vigilias & dum vnus dormiret, alter  
 veniret, qui vigilias suas explebat somnum illi  
 interrumpeos, vt ad eas accederet multo tamē  
 fortius ipse à curis suis anxius excitabatur, &  
 ad vigiliam inquietam remittebatur, tantoque  
 timore perturbabatur, vt nec verbum tacitar-  
 nus effaretur: *Turbatus sum & non sum locutus.*

I.  
 Dauid  
 turbatur  
 ex confi-  
 deratione  
 prædesti-  
 nationis.  
 Diuus Hieron, legis *Stupebam* quasi attonitus  
 extra me raptus, Felix exorsus: *Deliquimus*  
*animi passus sum*, ad similitudinem eius qui  
 ex confi- cordis laborat palpitatione. Dicit igitur mihi  
 deratione Rex sanctissimi ne, quid tantis te premit augu-  
 prædesti- gitus, quid suspensum habet & attonitum? *Co-*  
 nationis. *gitauit dies antiquos, & annos aternos in mente*  
*habui &c. Nūquid in aeternum, projiciet Deus*  
*&c.* Mente reuoluebam attentioni quod in die-  
 bus illis antiquis aternitatis Dei decretū esset:  
 qualiter diuino suo proposito quosdam elegit,  
 alios autem reiecit, & annos aternos præcē-  
 res consideraui, totamque reliquam aternita-  
 tem, in qua & illi, cum Deo sunt regnaturi, &  
 hi cum Satana pœnas perpellari sempiternas:  
 quod gloria quibusdam seruetur, aliis aternus  
 cruciatus: perpetua gaudia, & ignes sempiter-  
 ni. Hinc timor ille, hinc illa turbatio, que  
 me reddebat attonitum. O Domine, de quoru  
 numero futurus sum? an de reiectis, an de ad-  
 missis? Num ex his futurus quos Deus elegit  
 in vasa misericordiae: vel de illis quos reie-  
 cit vt vasa iræ, in quibus suam ostenderet, iram  
 & summe suæ rigorem iustitiae exqueretur?  
 Hæc te quoque excitare debet sollicitudo,  
 considerando: heu Domine mi, qui de niglu-  
 tatione? Summe prædestinatus? summe repto-  
 batus? Quid Deus de me q. raso, decreuit? Ex-  
 citat: à somno sollicitudo successus litis, quam  
 trahis, & timor non parum te suspendit; an  
 illud quod prætendis, sis obuenturus, cum res  
 sit adeo vilis minorisque pretij, Quid de hoc  
 timore futurum? Voluit hoc Sp. S. designare

vocando prædestinatos optima fortis: *Sorte vo-*  
*catis sumus*, ait Apostolus Paul. & Prophe-  
 Regius: *In manibus tuis sortes mea.* Videtur  
 spectare Dauid id quod ipsemet effecit, & eius  
 tempore Regibus erat consuetudo, nec non  
 postmodum Romani frequentarunt, Quando  
 vrbis quædam erat criminis lætæ maiestatis res,  
 illi bellum indiciebant, donec eam subiugarent,  
 Vidit iam & subactis rebellibus, vt Rex vel  
 Princeps suam patefaceret clementiam, quæ  
 tantopere in Regibus excellere debet, decerne-  
 bant quosdam liberare vitaque donare: vt  
 autem suam quoque declararent iustitiam (cui  
 pariter obligantur) stantebant alios gladio  
 plectere, multa addentes pro culparum gra-  
 uitate supplicia. Vt hanc porro diuisionem  
 facerent, sortes mittebant, & cuiusque fors  
 illa obtingebat, liber euadebat, dimissa culpâ,  
 & in optatam Regis admittebatur amicitiam:  
 quibus autem hæc fors deficiebat, manibus  
 tradebantur scitissimorum carnificum punien-  
 di, torquendi, occidendi. In his Rex iustitiæ  
 suæ monstrabat rigorem: in illis autem suæ  
 misericordie benignitatem. Hoc modo se ges-  
 sit Dauid contra Moabitas sibi rebelles & re-  
 fractarios: missis enim exercitibus suis omnes  
 subiecit, cumque iam illos superasset, licet  
 omnes delere potuisset, nullâ factâ iustitiæ in-  
 iuria: liberè tamen atq; ex mera gratia quosdam  
 decreuit liberare, quo clementiam suâ mundo  
 patefaceret. Hoc egi forte, quædam erant vitæ  
 alix mortis: illas sacra pagina vocat funiculos:  
*Mensus est duos funiculos, vnum ad occidendū,*  
*& vnum ad viuificandū*  
 Tempore Iosue præcepit Deus institui distri-  
 butionem terræ promissionis per funiculos, &  
 cuique tribui illa dabatur terræ portio, super  
 quam funiculus & fors cadebat. Hinc ortum  
 est vt funiculi & sortes idem essent sicut pro-  
 priè Dauid designat: *Sorte diuisit eū terram in*  
*funiculo distributionis.* Sortes illæ ad occiden-  
 dum illos, & viuificandum alios aliquando ex  
 mera & libera voluntate nascebantur Principiū  
 seu Ducum, quibus hoc committebatur: alias  
 ex fortibus quæ realiter egrediebantur: statim  
 ab vna parte quibusdam, & aliis ab alia, sortes  
 mittebant super quos fors vitæ, vel mortis fu-  
 niculus caderet. Erat autem hoc ita frequens, vt  
 Deus conquestos fuerit per Prophetam Iosue  
 quibusdam Principibus quod cōtra populum  
 suū dimicantes super illum tam superatum, tales  
 sortes mittebant. *Super populum meū miserunt*  
*2222 sortem.*

Eph 1. 12  
 Pf. 10. 16.  
 II.  
 Quid sit  
 sortes  
 mittere.

III.  
 Dux sunt  
 sortes.  
 2 Reg 8. 1  
 5

Pf. 77 55  
 IV.  
 Duplex  
 fors.

Ios. 3. 3

Al. 11.  
Lib. 3. de  
ciuit. e. 20

fortem. Iniecit Vates Abhis ait: *Cepibant  
alieni exercitum eius &c. Et super Hierusalem  
mittent fortiam.* Huiusmodi ait D. Aug.  
agens lo. L. teio Sylla: cum enim Romanum vi-  
cisset e in hostiis: vellet gladio exsente ob-  
trancare, dixerit ei: quod si cunctos interime-  
ret, nullus superesset, cuius esse posset Dominus,  
cui posset imperare: qua de causa tunc tabulam  
composuit, in qua illos descripsit quos morti  
destinabat, & occidendo: omnesque anxio ti-  
more turbabantur, quis illorum in illa scribe-  
retur: iudicio dicebatur *Tabula proscriptiois.*

Illas fortes vidit David suamque restari vo-  
luit quibusdam eximiam misericordiam gra-  
tiamque manifestandam, parcens illis, vita do-  
nans, & in suam recipiens obsequium & manse-  
rant ipsi tributarij: similiter constantem suam  
patefecit aliis iustitiam, quibus hæc felicissimi ma-  
non venit fors: tristi enim & lamentabili nece  
consumpti sunt. Illas igitur fortes tangit Da-  
uid, aitque de sorte non nisi dubia & incerta,  
quam dicimus fortunam, sed ex mera Dei vo-

Pl. 30. 16.

luntate, & hanc vocat Dei manus: *In manibus  
tuis fortes mea.* Eo modo quò dicit substitui tuum  
esse in manibus viri illius id est ab eius  
dependere voluntate, Iure merito Deus Rex  
illustrissimus & supremus omnium Dominus  
toti humano generi indignabatur: quandoqui-  
dem omnes nos in primario parente nostro vi-  
derit proditores, & infames mandati sui præ-  
varicatores *Eramus naturæ filij ira.* Omnes nos  
ex rectissima poterat cõdemnare iustitia, mor-  
tisque tradere, non minor ex ratione quam ip-  
sos Chananzos, de quibus Salomon: *Semè erat  
maledictum ab initio.* Quocirca, teste spiritu  
Sancto iure merito illos poterat occidere: *Quis  
enim dicit tibi: quid fecisti? Aut quis stabit  
contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo  
veniet vindicæ iniquorum hominum?* &c. Nihil  
ominus, inquit Apostolus, suam voluit osten-  
dere misericordiam, pariter & iustitiam. Ad  
ostensionem misericordix liberè atque ex me-  
ra sua gratia quosdam elegit: & cum illis tan-  
tã uti voluit misericordix abundantia, ut vasa  
essent misericordix. Hoc scriptum est in æter-  
næ suæ libro prædestinationis: opposito modo  
quò Sylla, qui tabulam conscripsit occidendor-  
um: Dens autem catalogum conscripsit ad vi-  
tam electorum: vnde nata pharisis s. Scripturæ,  
quæ nobis credito proponit libram vitæ, de quo  
perdoctè disputat D. Thomas: ceteri verò, qui

Ad Ephes.  
2. 3.

Sa. 12. 11.

V.  
Liber  
vitz.

1. p. 9. 24.

Nunc igitur perpende, quam anxius quisque  
foret eorum, qui fortibus subiecebantur, si sci-  
ret Regem in tabula conscripsisse numerum  
vitæ destinatorum, quàm sibi quisque timeret:  
num ego de numero illorum? An forte mei  
Rex meminit? Quanto gaudio delibutus est Da-  
uid, quando divina revelatione intellexit se  
eorum numero comprehendi, sic ut omnes ad-  
hortetur ut pares cum eo referant Deo gratia-  
rum actiones: *Benedicite gentes Deum nostrum,  
qui posuit animam meam ad vitam.* Et hoc vos  
deberet reddere suspensos? Quid de me futu-  
rum? Qualis mihi fors obveniet? Hoc angebat  
summo perè D. Gregor, ut ipse testatur scribens  
illustrissimæ Matronæ Dominiæ Gregoriæ Cu-  
biculariæ Imperatrici: hæc etenim plurimum  
tribuens & confidens sanctissimi Pontificis  
meritis litteras illi dedit, instanter vgens ut  
eam solaretur, dicendo, num divina revelatio-  
ne cognovisset eam fore salvandam, cui sum-  
mus Pontifex: Mihi hoc optarem ego solame-  
amque instruit ex singulari hoc disposui Dei  
decreto, ut illud nobis maneat occultum, qua-  
tenus semper pauidi, semper sumus solliciti,  
scientes quanti nobis nostra referat salus.

Hanc rationem omnes allegant S. S. Patres  
D. Prosper Episcopus Aquitanix pari doctrina  
& sanctitate celebris, hanc protulit notavi di-  
gaam sententiam: *In remotissimo ab humana  
cognitione secreto, præstitio huius electionis ab-  
scondita est, ut perseverantem humilitatem uti-  
lis metus seruet, & qui stat, vitæ at necandæ, De-  
prõpsit hoc D. Prosper ex S. Aug. quinimo D.  
Greg. huius Dominiæ rescribens adducit in ex-  
emplum idem ex Apost. Paulo, quod v. Aug.  
adduxerat, Aduerte, charissima filia (sic D.  
Greg.) quod Apost. Paul. iam tertium cælum  
petuaserat, atque in Paradisum raptus fuerat,  
& eam ibidem adeo sublimes habuisset revela-  
tiones, quas nefas erat mortalibus indicare,  
meruit tamen vehementer & ait: *Castigo cor-  
pus meum & in seruitutem redigo ne forte cum  
alijs prædicauero, ipso reprobus efficiar.* Si igitur  
ille qui tertium cælum ascenderat tantopere  
formidet & metuat de opposito, an rationi  
conueniens esset, ut qui nunquam seipsum de  
terra sursum exulit, securus sit, & omnis ex-  
pers sollicitudinis? Recordare dilectissima filia,  
securitatè Matrem esse socordix & negligentiæ:  
ut autem ab illa libremur, nullam nobis Dns  
concedere voluit securitatem: quocirca Sp. S.  
ait. *Beatus vir, qui semper est pauidus.* Sed nec  
iplos*

VI.  
Simili-  
tudo,

VII.  
David  
laudat  
Deum ob  
prædesti-  
natione  
suam.

VIII.  
Deus cur  
abscõdi-  
tam velit  
prædesti-  
natione.

6. 40  
D. Pro-  
SPER.

Lib. 2. de  
vocat e.

Lib. de  
correp. &  
13. c. 13.

1. Ad Co.  
9. 27.

IX.  
Timor  
nobis est  
salutaris.

Pr. 28. 24

*Pf. 2. 11.* ipsos electos vult David ab hoc timore absolui: quo circa illis a t: *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Freti Dei misericordia gaudent: verum tamē time: non enim vobis innotuit quid de vobis ipse decreverit. Eleganter descripsit Isaias virum iustum coelestia meditantē & penitentia lapidibus & operibus sanctis circumvallatum: *Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius &c. Regem in decore suo videbunt oculi eius.* Terrā & quidquid in ea est alpernatur; vilique facit: vade illam tam paruum iudicat, sicut is qui aliquid de longē conspicit *Cornes terrā de longē.* Obiicit: o quam illi tranquillū erit cor, quantum gaudio demulcebatur & quam longē omni mali timore tranquillus, loco consistens alto adeo & securo! Falleris: quinimo cor illi perpetua contremiscit palpitatione: *Cor suū metabitur timorem:* legunt alij: *Palpitabit pre timore.* Totus metu, sollicitudine, & suspitione contremiscet: quāto namque clarior bonum hoc agnoscit, regnum hoc, hanc forem, tantō grauiori turbatur anxietate: num ex eorum numero sit futurus, qui tantis sunt fruituri gaudiis: est que hoc familiare sanctis.

Cur ea nullo amigeris timore, sed sic hilaris non quiescis, sic omnisemota formidine, quasi nihil tua referret quod futuram est vel quasi non esses vnus inter illos qui tam occulto exponeris periculo; & alex non si bitereris fortique a leo formidanda? Si litam habeas quatuor assium vel medij muri fragoris videre licet te suspensum, anxiū, timentem, informantem, loquentem media iudici proponentem, sollicitantem summā cura atque attentione; desiderando nosse rei successum, & sperare potes: atque in illo sic te negligentem videam, vt nec timeas, nec te moueas nec quidquam malis suspiceris; Ratio est: quod non consideres, quod tibi referat, quanti vel eternum cum Deo regnare, & gaudiis perfrui sempiternis: vel eternum cum diabolo commorari, & supplicij deputari sempiternis: habere & possidere in te omnia Dei bona idque in omnem eternitatem: vel istidem carere idque in omnem eternitatem.

Stupendum est, quod refert Magister Insuperianus: cum enim aliquando beatus Pater D. Lud. Bertrandus religio sis patribus absideret, subito assurrexit totus lacrymis infusus, & de ratione inquisitus, respondit, Cur non fleam, cur non lugeam, non plorem, non formidem, si

nesciam quid de me futurum sit: vtrum condemnandus? Qui carcere detentus esset ac suspensus; vtrum sit inde egressurus vt regnum accipiat tanquam legitimus filius, vel patibulo suspendendus tanquam adulterinus: quo timore turbaretur, quo timore illi ossa colliderentur; quotiescumque consideraret vtrum egressurus esset ad regnum, aut ad mortem ignominiosam & rigorosam? Si in hoc mundo tanquam in carcere detenti sumus incerti, vtrum eo egressuri cum Deo in coelestibus regnaturi palatii: vtrum ad mortem sempiternam in tartarum detrudendi: numquid ergo suadet æquitas vt semper simus pauidi, & maceant oculi lacrymis: eo quod ignoremus in quam partem sortis nostra casura sit, an ad dexteram & bonam, an ad sinistram & malam? Pauca omnes hanc Sp. S. sententiam: *Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei, & samē nescit homo: vtrum amore, an odio dignus sit.* Si quis ergo stulo constrictus probè sciat, quod alterutrum illi sit euenturum, vel regnum, vel patibulum, quodque processus in manus traditus sit iudicis perspicacissimi qui sæpe multos quos ipsi & omnes credebant ad regnum euehentos patibulo addidit ignominioso? Quis vidit Iudā? Quis notauit Magistrum Parisiensem in vita D. Brunonis? Quis non iudicaret de Iuda, cum esset Apost. ab ipso Christo ad Apostolorum euectus, à Magistro suo tantopere promotus, tot beneficiis in eū collatis opulētus; quod hinc egressurus esset cū illo in perpetuū in cælo regnaturus? Quis sibiperfuaderet, quod ille Doctor Parisiensis tãx sãctitatis opinione notissimus, atque omniū veneratione dignissimus, ad perpetuam egressurus esset damnationem? ecce, mi frater charissime, quantopere sit formidandū.

§. 3. *Ne mysteria scruteris predestinationis, sunt enim capilli nigri sponsi, sed attende ad opera, quæ ad tuam requirit Deus saluationem.*

**L**icet autem hoc ita sit, ne curiosus hinc inquiras mysteriū vtrū prædestinatus sis, an reprobatus. Ne dixeris si prædestinatus sū indubiē saluabor certamq; habeo mihi gloriā: si reprobatus, certum est, condemnabor, & me tartarus expectat. Quare Deus hunc ad gloriā prædestinauit, qui nullum adhuc obsequium illi præstiterat? Quare reprobauit illum

Z z z z z ad

X. Inustus semper timet.

XI. Similitudo.

L. i. vita B. Bertr. XII. Exemplū de S. Bertoldo

Eccle. 9. 1

I.

Manichæorum argumēta contra prædeterminationē.

ad gehennam si nondū illum offenderat? Mis-  
 sas facito has cogitationes, nec hoc velis per-  
 nagari pelagos: etenim submergeris tuumque  
 iudicium hoc in profundissimo mari & im-  
 mēso pelago prælocabitur. In hoc demersi  
 sunt hæretici Manichæi, teste D. Aug. iudica-  
 bant enim nullam dari posse grauiorem iniu-  
 stitiam, quā antequam malus quis esset vel bo-  
 nus ad præmium hunc destinare, & alterum ad  
 supplicium. Censebant illi & arguebant tanquā  
 horredam crudelitatem, quod Deus ab æter-  
 no aliquem reprobet, & determinet inferno de-  
 truden- lum, antequam peccatum aliquod com-  
 misisset. Domine mi, felix faustumq; sit, quod  
 præstines & huic velis ceteris dare gloriā,  
 antequam illam mereatur: etenim hic est vo-  
 luntatis tuæ effectus: verum enim verū in quam  
 legem cadit iustissime Domine, quod reprobes  
 & æternis damnare poteris determines eum qui  
 non solum nondum iram tuam peccato provo-  
 cavit, sed nec quidem natus est? Ea de causa  
 Manichæi dicos creabant Deos & bina princi-  
 pia: unum malum, & alterum bonum, docebāt  
 quæ bonum eum esse qui prædestinat, tribuitq;  
 gloriā: malum autem qui reprobat poenamq;  
 infligit. Portō stultescitis, inquit D. Augusti-  
 nam enim illam vidit difficultatem is, qui sa-  
 pientiā vos longè præcurrit D. Paul. eā que  
 proposuit in hæc verba: *Nunquid iniquitas est  
 apud Deum &c. Voluntati enim eius, qui resi-  
 stit. Si mihi gloriā, si mihi detruxerit poe-  
 nam, quis illi resistit? Quænam mihi sunt vi-  
 ces in oppositum? Cum tantus esset orator D.  
 Paul. edoctus in schola non inferiori, quā celo,  
 ubi mysteria didicit adeo profunda, quæ verbis  
 explicari nequeant: quando ad hoc venit, (a)  
 alas demittit, humeros contrahit, se conatur  
 chæna en expedire & mergi formidat: exclamat & qui-  
 la baraja dem merito verba proferens suæ admirationis  
 Ad Rom. in dicit: *O altitudo diuinarum sapientiæ &  
 11 33. scientiæ Dei quam incomprehensibilia sunt iu-  
 dica eius, & inuestigabiles viæ eius! Qui co-  
 D. Paulus gnouit sensum Domini? Aut qui consiliarius  
 nescit eius sunt. Verbum illud *Altitudo* in dicitur, literis  
 explicare aliquando significat altitudinem, aliquando  
 prædesti- profunditatem? sic dicitur: *Puteus altus*, id est  
 nationis profundus; dicitur magna esse altitudo iudi-  
 ciorum sapientiæ Dei in tantum ut oculos su-  
 104. 4. 11, giant supremorū Seraphim, itaq; eius est pro-  
 funditas, ut persuadari non possit, nec fundū ubi  
 inueniat acutissimum quodlibet creaturarū in-  
 genium. An tibi iustum videtur, velle te Dei**

persecrari iudicia, vel in eius consilijs dare  
 suffragium? Et nosse qua de causa hunc decre-  
 uerit condemnare & saluare alterum, antequam  
 hic bonus fuisset & ille malus?  
 Videtur spectare D. Paul. quaestionem illam  
 quæ in Dominis Iob proposuit: *Nunquid in-  
 gressus es profunda maris, & in nouissimis abyssis  
 deambulasti?* Non ait profundum maris in no-  
 gulari, sed in plurali *Profunda maris*: sunt et  
 enim in mari mille finus, an- etus, antra, & lima,  
 profunditates, quæ tanquā abest ut periculeris,  
 ut nec quidem eorum detegas superficiem; *Nū-  
 quid ingressus es profunda maris & abyssos pe-  
 l-gipencti asti?* Per maris ambulare superficiē,  
 adeo difficile est, ut ipsi expertissimi nauæ ad  
 minimum tempestatis turbæ nauticæ labo-  
 rent marina & caput illis obstopescat: *Moti  
 sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum de-  
 uorat a est* Sicut Latin. canit: quomodo pedem  
 fige & per illius abyssis solū ingredieris, quod  
 nullum videtur habere? Vel quomodo per illas  
 intrabis cavernas, quæ sunt in profundo, quas  
 ipsi pisces, cum tamen illis sint naturales, non  
 penetrant earumque profunda maxime pene-  
 trigen? hanc ne praesumus in possibili-  
 indubi quippe submergeris i remediabiliter.  
 Ad hunc D. Aug. *Cœculum est altum  
 est inaccessiblei secreto ab humana cogitatione  
 seclusum est, quemadmodum Deus & damnet  
 impium & iusti: cet impium utrumque enim de  
 illo crispuratum dicitur, veritas legitur. Num  
 igitur aduersus diuina iudicia garrere delatit,  
 quia sunt inscrutabilia. Quanto conuenientius  
 quanto accommodatius est modulo nostro expa-  
 uescere & exclamare: *O altitudo sapientiæ &  
 scientiæ, ei quæ inscrutabilia sunt iudicia eius,  
 & inuestigabiles viæ eius! Quanto melius est ita  
 mirari quod inuestigare non fuisse u quam pro-  
 terea velle alterum Deum malum iugere, quia  
 unum bonum non potuisti comprehendere.*  
 Optimè nos præmonet diua sponta monitq;  
 prudentiam obseruandam à nobis in illis ver-  
 bis, quæ cum pluribus mysterijs quam literis  
 abundant, toties repetimus. Sponsum suum de-  
 scribit & à capite exorditur: *Caput eius aurum  
 optimum.* Dicitur mihi sponsa diuinitissima, ca-  
 put illud nunquid caluum est? Nequaquam  
 profectō: hoc enim in principe venustissimo  
 ceteretur non leuis esse defectus: quinimo ca-  
 pillis redondat ex illo nascentibus. Quales ob-  
 scuro sunt illi: *Coma eius sicut elata palmiarum,  
 nigra quasi cornus.* Nullus poterit his Achates  
 comp.*

Iob 38. 16  
 111  
 Quæstio  
 hæc est  
 difficil.  
 Ps. 106. 72  
 D. AUG.  
 ib. 22.  
 Faust. e.  
 2. 106. 6  
 8  
 Can. 5. 11



Comparari: his verbis Christum delineat Redemptorem nostrum. Caput illius, eius est divinitas: *Caput Christi Deus*. Caput hoc infinita scaturit & immensa sapientia, ex eo capilli nascuntur divinatorum decretorum. Quidquid Deus determinat, ex infinita eius procedit sapientia: nulla ab ipso manat resolutio quæ non sit sapientissima & prudentissima, tamque confusa ut sit infallibilis & seposito omni dubio suum fortiter effectum: *Vino ego, quia omnia voluntas mea fiet*. Idcirco ait, comas illius esse elatus seu ramis similes palmarum: palma victoriam præfert; etenim contendat mundus universus omnes suas vires impendere, ut vel minimum evertat seu impediat Dei decretum: certum est, quod frustra laborabit: *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in celo & in terra, & in omnibus abyssis*. In sublimiorum, in medio terra & in ipsius abyssis. Hoc tibi certo perscrutis decretum facit de prædestinatis futurum infallibile, & quantumlibet diabolus, mundus & caro illos conentur evertere, effectum habebit indubitatum. Hoc Christus in Evangelio declaravit, locutus de prædestinatis, eius scilicet martibus eriptendam fore neminem: *Nemo rapiet eas de manu mea*.

S. 4. *Concordia prædestinationis divina cum tua libertate, coma est nigra sponsi: non à te requiritur illam intelligere sed credere, & bene operari.*

9 **A**TIUS hæc verba considerando ni fallor vult Spiritus Sancti, hoc symbolo profundissimum nobis Sancti Theologie declarare mysterium, in quo submersa perierunt plura ingenia tam Philosophorum, quam fidelium. Sunt capilli eius sicut palmae cretæ *Elata palmarum*: quod dicit similes esse palmis significat id quod diximus, nimirum, quod Dei cogitationes, decreta & definitiones absolute suam sint habitura effectum, & cum victoria fiat perficienda. Dicendo quod sint elata, insinuat, quod iusta sint, suam cuique inservantia, ut nec torquant, nec iniuriam alicui irrogent creaturae, nec vim inferant, sic ve consistans semper firmaque maneat illa Sancti Tobitæ confessio communis in ore Sanctorum omnium: *Omnia iudicia tua iusta sunt*. Quia verò intrinsecam naturam suam habet homo libertatem, non eam illi Deus per sua decreta

seu definitiones adimit, nec punctum quidem, aut atomum ab ea tollit: ita ut nullâ facta libertati violentia, nullâ vel in minimo iniuria, Deus faciat quodquid voluerit, quomodo, quando, & quo tempore sibi bene placuerit.

Hæc est illa præcellsa magnitudo, quam ponderat sapientissimus ille amicus Iob Baldad Sabites: *Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis*. Potestate pollet Deus tantâ ut terrorem incutiat, & concordiam in sublimissimis pariat gratissimam. Niat Cardinalis noster Caietan, verbum illud *Potestas* non solum in Hebræo significare potestatem in habitu, sed etiam in actu quod, exequitur suam potestatem, & facit quæcumque voluerit, ita ut stuporem generet vehementem, hoc enim est *Terror*: & hoc adeo præclare, ut ad concordiam sublimissima quæque reducat, quæ videbantur maximè distantia, nec posse pariter congruere sibi que convenire. Nonnulli interpretantur cum hoc dicere, propter ordinem hunc caelorum: qui cum tanti sint, tamque varii, atque motibus incedat contrariis, & cum ille quo motu primi mobilis agitantur quotidie, sit de oriente in occidentem, singuli tamen eorum cum illo motu progrediantur suam perficientes propriâ contrario de occidente in orientem, luna versus mensis spatio, sol versus anni & reliqui suis temporibus. Alij vero arbitrantur quod ternonem inferat eius, quod quotidie experimus: etenim aere & vaporibus in regionibus istis sublimioribus & excellentibus inter se decertantibus & tantas excitantibus turbationes, quales patet in tonitru, fulgure, ignitisque radiis, Deus suam illis adiciens manum revocat in concordiam & pacem, ita ut qui terram tremore percellerant, in pluviam mactentur operam & frugiferam, in plentes illud quod David divina omnipotentia iubeat decantare: *Fulgura in pluviam fecit*.

Congrua sunt hæc interpretationes, verumtamen arbitror alius hic quoddam à tanto viro intimari mysterium. Maxima sublimia quæ sunt esse possunt & intelligi, sunt libera Dei voluntas, libera similiter creaturae rationalis voluntas. Præclarior rerum excellentia in libertate consistit: nam tantò sublimior est quisque, quanto liberior & sui ipsius, suarumque actionum Dominus independentior: nec non cui minor potest inferri violentia. Hæc est illa altitudo Dei, sublimitas, ut in operibus suis sit

nationem non tollit homini libertatem.

Iob. 25. 2.

Pf. 134. 7.

11. Duo sublimitas Dei et hominis libera voluntas.

ita liber & potens, ut faciat quidlibet, quomodo libet, quando libet: *Qui dominatur in virtute sua in aeternum*: psallente David, in omnibus procedit, agit, & facit ut Dominus absolutus pro voluntatis suae beneplacito. Sublimissimū in homine est hęc libertas illi à natura ingentia, voluntas adeo libera & Domina: ut nulla vincat creatura, quæ vim valeat eius inferre libertati; sed nec ipse Deus, totā licet potentissimus omnipotentia: sicut probat Theologia Primæ, D. Thom. atque ex illa parte principaliter homo dicitur creatus ad imaginem & similitudinem Dei: quia suarum Dominus est actionum, ut idem D. Thomas a. exponit iuxta doctrinam D. Damasceni, b.

O quam sublimia sunt hęc, Dei libera voluntas, & hominis libera voluntas, quis efficiet ut sibi conveniant? Determinavit ab æterno Deus liberā suā voluntate hoc quod ageret & operaretur in te, & per te: quod tali tempore nasciturus esses: eos annis viveres, ista opera bona faceres, vel omneres; quod hęc & illa mala faceres: quod moreretur in gratia, & saluaretur, vel vitam tuam in peccato terminares & damnareris. Ingredieris tu, & te statuit in mundo, atque tibi: age secundum tuam liberam voluntatem; *Posuit hominem in manu consilij sui etc.* Quæro: homo potestne illud non facere, quod Deus scivit & determinavit ut veller, vel non? Si non potest, admissi illi libertatem. Si potest: ergo potest invertere & impedire Dei decreta. Ecce hic mysterij profunditas, quam perferutari non poterunt illi, quos mūdus, viros admiratus est eruditissimos.

Incipit Cicero (teste D. Aug.) hoc pelagus intrare. Si Deus præscivit & determinavit, quod illud futurum esset, quod ego facio: vel postum hoc omittere, vel non? si postum hoc non facere; ergo postum Dei sententiam reddere falsam & inane voluntatis eius decretum. Si non possim, ergo non sum liber. Cum fundum humanus non posset rimari peragi, nec hęc adeo sublimia reddere sibi convenientia, submersus est, in falsam proferens sententiam dicendo, Deus nec disposuit, nec determinavit, sed nec scivit quid in mundo futurum esset. sed statuit homines in eo, ut faciant pro libera

sua voluntate: *Ut homines faceret liberos* (inquit D. Aug.) *facit sacrilegos*: Illis a deo exorandam in Deum persuadens blasphemiam, quæ posset illis suā conservare libertatem: nesciens

qualiter faceret concordiam in duobus his sublimibus, in præscientiā scilicet Dei & decreto, atque hominis libertate, idem conigit hæreticis & elagianis in materia de auxiliis diuinæ gratiæ, sicut prosequitur idem D. Aug. cum enim non possent componere efficaciam gratiæ quæ Deus mouet, determinat & nostram adiuvat voluntatem, cum eiusdem libertate: ne hęc tollerent, illam negarunt, dicendo: quod omnia nostræ reliquit voluntati, & quidquid agimus eiusdem viribus fieri: quia capere non poterant, quomodo hęc duo possent sibi convenire. Quinimo etiam nostro sæculo idem euenit hæreticis Lutheranis: non enim intelligentes quomodo hęc sibi possent convenire, concedendo in omnibus diuinæ voluntatis efficaciam, nostræ negant liberum arbitrium.

Hoc autem docet fides Catholica; voluntatem in Deo esse efficacem, & liberam hominis voluntatem: hęc etenim est permagna Dei potestas, qui concordiam adeo præclaram efficit inter diuinam suam & liberam voluntatem, & nostram: etenim sine dubio infallibiliter in nobis, & per nos fiet illud, quodcumque ipse determinavit & voluit, & vult pro libera sua voluntate, nostram suam adeo perfecte seruando libertatem, ut nollentus illis vis inferatur aut violentia. *Qui facit concordiam in sublimibus suis*. Notandum illud: *In sublimibus suis*. Perpende mysterium Incarnationis, quod heri infinitissimus, & qualem concordiam fecerit inter duas illas naturas suas sublimes: diuinam & humanam: ambas etenim vnio in vno eo: sequi; supposito, cuique suas seruando proprietates: ut nec puncto quidam vnadinuerit alteram; gloriam Dei & hominis penas Dei diuitias, & hominis paupertatem, Deitatem & mortem hominis: *Salua igitur proprietate utriusque nature* (sic D. Leo Pontifex) *insuscipitur maiestate immortalitas, à virtute infirmitas: ab immortalitate mortalitas etc.* Et tanto fœdere utramque naturam conseruit, ut nec inferiorum consumeret glorificatione, nec superiorum minueret assumptio.

Qui hęc effecit inter duas vitas sublimes naturas concordiam, hanc quoque facit inter duas istas liberas voluntates; ita ut non dimiquat potestate in vna, nec libertate in altera, sicut effectus illi quos Deus determinavit & prædefiniuit. Nosti tu arboris rācum tantā dexteritate colligere: ut quamuis illum possis cum violentia dirumpere, non tamen facis, sed illū illaxum, in seclis quomodo, & vbi cumque vellis

Pf. 65. 7.

1. 2. qu. 10 ar. 4.

2. 1. 2. in prolo b. Lib. 1. Orithod. s. d. e. 12.

Ec. 15. 14

III. Obiectio Cicero- nis.

D. AVC. Lib. 4. de Ciuit. 2. 9. 10. 10.

10. IV. Quid de hoc fides doceat Catholica.

D. LEO. Ser. de Natiuit.

V. Similitudo.

velis sic vt illum nec in cortice latus : & non non poterit Deus , nec sciet seruata libera voluntatis tue integritate illam inclinare & inflectere in hanc vel illam partem quomodo sibi placuerit seruata eius libera , & naturali libertate : Recordare tibi Moyfi in quo hæc vno vehementis ignis viridis quæ rubi facta legitur : vt nec ignis consumeret eius virendem , nec eius viredo tolleretur vel diminueretur efficacem ignis astititatem : Nouit enim Deus ipse que solus est qui potest has facere concordias. Non intelligit Moyfis mysterium cui dicitur, *Salue calcamentum de pedibus tuis & faciem tuam obnubila* : quatenus ad tanti mysterij accessus visionem. Oculos tibi intellectus tui contege, & tuorum calcamenta tolle disertum : non enim hoc est negotium , quod tibi videndum, sed credendum esse præcipitur. Certe hoc crede mysterium : non enim inter minus difficultia nostra fidei sacramenta numeratur : imo potius tantum hoc semper fuit, vt sapientissimos Ecclesiæ coegerit sua submittere iudicia & intellectus suis renouari rationum acuminibus, soli que fidei adherere doctrinæ: sicut D. August. D. Hieron. D. Prosper. Aquitan. PP. Concilij Milenitani & Arasociani tractando, dicendo & scribendo de concordia diuina præscientiæ & prædestinationis cum libero arbitrio, & de concordia efficacia diuina gratiæ cum humana libertate.

VI. Allegoria de rubo Moyfi.

Exed. 3. 2.

Epist. 109 ad Sixtū post med. Ep 106 ad Paulin ad med. Ad Rom. 11. 32.

VII. Minora Dei non intelligimus quanto minus sublimiora.

Et quid miramur (inquit D. August.) quod sic nos ipsi agamus: quando quidem D. Paul. idē egerit, seipsum expediens & hanc difficultate nō sciendo dicit: *O altitudo diuinarum sapientiæ & scientiæ Dei*. &c. Concordiam quam Deus facit in sublimibus capere non sufficit, sicut nec illam quam facit in tot membris, corde, visceribus, oculis, & alijs partibus in musca vel in culice: illam non capis, quam apes consueunt in suo auerari: tantis tamque variis mansuetolis, & alijs rebus inferioribus, qualiter igitur intelliges quam facit Deus in sublimibus suis? Redige in captiuitatem intellectum tuum in obsequium fidei, confessionis, & doctrinæ Ecclesiæ, & si hoc minimè intelligas, saltem crede: hæc etenim de causa postquam crines illi descripti sunt sub simbolo clatarum palmarum, tibi dictum est, eos esse nigrimos id est obscuros & difficiles, vt impossibile sit illos penetrare & perstruari. Hoc ait D. Paul. *O altitudo diuinarum sapientiæ & scientiæ Dei*: Dei capat nos scit vacuū, sed immensa ple-

nū sapientia, atq; ex eo procedunt capilli suorum decretorum, iudiciorum, prædeterminationum, & perfectionum. Ecce quam nigri sunt hi capilli: vt sint inuestigabiles, & incomprehensibiles, nigri quasi cornuum quid dixeris sicut pix, vel sicut sardonix vel sicut carbones: sicut hæc declarat quæ denigrata essent altorum facies: *Denigrata est facies eorum super carbones*. Nequaquam, se sicut cornus cui proprium est rostro sapere & expungere oculos apertissimos, qd sunt Dei cogitationes & decreta ateo profunda, vt oculos caufferint illis qui illa suo voluerant obtutu perstruari, suoque perstruari ingenio: quoniam *Scrutator masculatus opprimetur à gloria*: Fixis tu oculis radios contemplantare clariores à sole dimanantes, & visum amittes oculorum, hecque cæcus.

Tör. 4. 3

Pr 25. 17

Prudentissimum dedit nobis Spiritus S. consilium: *Altiora te nō quaeris, & fortiora te nō scrutatus iueris, sed quæ tibi præcepit Deus, illa cogita semper*. In pluribus operibus eius nō suavis curiosus. Ne volueris manum extendere ad te ne ea quæ sunt altiora, quam quæ tua possint brachia pertingere. Si quis vellet seipsum attollere vt stellas apprehenderet & saltus attollendo brachium ad illa capiendâ: quid de illo diceret? Ne scrutaris, ne penetrare velis, ne coneris vngues illi iniicere, quod tuis est viribus inæquale. Si quis vngues rupi velit iniicere, conatus illam apprehendere & ad profundū eius penetrare, quid diceret? suus ille se saltibus dirumpet & alter vngues sanguine laceros intriget; ne credideris quantum in altum salias, quod intellectus tuis manibus apprehensus sis diuinorum sidera decretorum, quæ diuino eius capite comprehenduntur. Ne volueris vngues iniicere diuinis illis consilijs & determinationibus ipsâ rope fortioribus, quandoquidem illa nemo possit inuicere, & si egeris, indubie interibis, intellectus obstupescet, iudicium reddetur insipiens & in amentiam incidet. Hoc ad litterâ indicat Spi. S. *Cogitatus præscientiæ auertit sensū*. Si quis cogitare voluerit quid Deus diuinâ sua decreuerit sapientiâ & inuestigare vtrum hoc ibidem sit conclusum vel contrarium, sui patietur naufragium intellectus. Quot vidimus his cogitationibus lapsos in amentiam? Quid igitur, Domine mi, recogitabo? Subiungit: *Quæ tibi præcepit Deus, cogita semper*. Attende diligenter quid tibi præcipiat: & sedulus sis vt sanctissimâ eius simplicitate, & hæc tua sit perpetua sollicitudo: an

II. 20

Eccl. 1. 22.

VIII.

Altiora

Scrutaris

IX.

Similitudo.

Eccl. 31. 2.



facio vel non, quæ mihi Deus inlunxit, an san-  
ctæ eius legi obedio, vel non; an statuta mihi  
custodio, vel non. Hæc primaria sit tua cura; ab  
ea namque te pædet saluationis vel condem-  
nationis effectus; & quod liber sis & in tua sit  
manu vel saluare te, vel tecondemnare.

Sanctissimi pariter & doctissimi viri, D. Hil.

*Haben-  
tur Io. 7.  
Aug.  
antelib.  
de prad.  
ss.*

Arclat, & D. Prosp. Regien. Antifistes suas D.  
Aug. scripsere litteras, illi dicentes: quod id,  
quod in operibus suis scripserat de mysterio  
prædestinationis & reprobationis, non leue  
moleis intulisset damnum: quandoquidem sin-  
guli dicerent: si præscitus sum, ut quid me mor-  
tifico: quandoquidem quidquid egero ad tarta-  
ra sim deuoluendus? Si prædest. natus sum, ad  
quid me torqueo & occido, ut de peccato re-  
surgam: cum certum sit me saluandum iri? Re-  
sponder illis D. Aug. librum componens q. em  
inscripsit *De prædestinatione Sanctorum*: At-  
que rationes illas proprias esse hæreticis Pela-  
gianis, qui confiteri volebant necessitatem &  
dependentiam à diuinâ gratiâ: sed docebant  
omnia nostris esse viribus tribuenda, quodque  
in eis tota nostra comprehenderetur vel salua-  
tio vel condemnatio. Vah! non tolerandam  
nequitiam (inquit D. Aug.) diuinæ potentie, &  
maiestati tuam submitte intellectum, nec iudi-  
ciorum eius secreta perferutare, & hoc attende  
quod teste Apost. tibi nullam faciet iniuriâ: li-  
cet de te faceret quodcumq. velle: sicat nec si-  
gulus luo infect iniuriam quando ex illo vas  
V. Honorem hunc voluit Deus seruari Salomoni templi extractori : quantum enim dirutum sit semel ac bis , & pariter porticus , suum tamen semper retinuit nomen : enim postulat æquitas eum venerari , qui structura adeo excellentis auctor fuit illique dedit principium. Appulit Abraham , sedemque fixit in terra Palestinae , idque ex Dei præcepto : cumque sterilis esset & arida puteos in ea effodit rigandis campis & aruis , ex quibus messem in sui alimentum esset collectorus. Excellens fuit hoc facinus aperienti puteos , & in tota Palestina celebratum : etenim per hoc aqua obtinuit rigandis campis abundantem , qui prius aridi sterilitatis vitio laborabant. Mortuo Abraham , Palestinae illos obsecerant liuore stimulati illius commodi , quod ex apertis illis puteis consequebatur , aquas aruis suis rigandis depromendo : *Ob hoc inuidantes ei Palestinae , omnes puteos , quos foderant serui patris illius Abraham , illo tempore obstruxerunt implentes e humo.* Venit Isaac & Dei mandato in regione illa motas trahit. Hoc

Gen. 26.

25.

autem in primam agit , puteos emundat , & quasi renouat : postro eadem illis indidit nomina quæ pater eius Abraham illis indiderat : *Appellauitque eos ijsdem nominibus , quibus ante pater vocauerat.* Eadem fortiantur habeantque nomina : non enim vult Deus , vt alicui gloria tollatur , quam operibus suis sibi lucratus est insignioribus : & hanc eandem curam seruari & perpetuam vult in porticu Salomonis ad maius honoris eius incrementum : cum fuerit manuum illius structura & nominis adeo præminentis. Imminet porticus portæ templi , quæ ex structura venustate nomen contraxerat vt diceretur : *Porta speciosa* : pro vt liquido constat ex Actibus Apostolorum.

Act. 3. 2.

11.

VI.

Christus

misericors

describitur.

Isa. 6. 1.

3. Reg. 22.

17.

Exod. 3. 2.

Exod. 19.

Exod. 20.

*Facta sunt encensia in Hierosolymis , & hyems erat. & ambulabat Iesus in porticu Salomonis.* Habes hic figuram qua gloriosus D. Ioan. nobis Christum proponit. In more habet S. hic Euangelista illum nobis ob oculos pone e , non quasi iter illum vidit Ihas maiestatis throno radiantem. Seraphinis circumscriptam gloriam illi continentibus , vt templi cardines mouerentur : nec qualem Propheta Michas describit multitudinem circumdatum Angelorum , non leuiter indignatum perfido illi Regi Achab : nec qualem Moyses vidit in ardenti rubo , quo non parum perterritus : nec horrendis conitibus , & tremendis fulminibus pavendum , quibus tanto populum suum tremore concussit , vt audita so-

lummodo eius voce in terram collapsi deficerent : imo , teste D. Paulo , ipse Moyses , cui velut amicus amico loquebatur , perterritus fuit *br. 12. 21.* & tremebundus : sed talis describitur , qualis nobis necessarius est peccatoribus. Altero die illum *Ioan. 4. 6.* nobis proposuit in terra Samaritanorum sedentem & super ripam putei inclinatum mulierem expectantem Samaritanam vile prostibulum , vt suas illi dimittat iniquitates , repleat eam gratia , suamque ercet Apostolam : notauimus autem tunc temporis inscriptionem tali pro cypro conuenientem eam esse , quam Isaias prædixerat : *Vidit quia non est vir , apertus est : quia non est , qui occurrat.* Nunc autem describitur nobis exurgens & in porticu Salomonis ambulans huc & illuc digrediens : *Ambulabat in porticu Salomonis* : quasi expectans vt ad se accedant , omnes donis suis , gratijs , & misericordijs alliciens.

Vt arbitror huic imagini optime conueniret dictum illud eiusdem Vatis Euangelici : *Expectat vos Dominus , vt miseretur vestri.* Et ideo exaltabitur patiens vobis illum considera obambulantem , & de loco in locum transmigrantem , nunc ex hac parte , nunc ex altera prospicientem , & expectantem , vt nostri miseretur. Hoc etenim gloriæ suæ & magnitudinis adscribit , si nobis ignoscat. Alia lectio habet : *Propterea ictum suspendit , vt sit vobis propitius.* Præstatatur , & ictum librare non vult , quo te consumat , tuam anhelans emendationem , qua tibi sit propitius : eo modo quo dum ille qui sicum , quam plantauerat , voluit excindere ob vnius anni , duorum , etiam trium sterilitatem , ictum suspendit securis , qua iam illam erat eradicaturus , sperans quod in futuro fructum esset productura , præteritam corrigens sterilitatem. Perpende quid hic agat ambulando. *Expectat vos.*

Verbum hoc *Ambulabat* , sicut de alio simili notat Angelicus Doctor est præteriti incipientis , & non finiti , & actionem significat continuatam , quam agebat , & in qua perseverabat. Dicit itaque quod Dominus hanc ambulandi faciebat actionem , & non desistebat , sed in ea perseverabat. Similis factus mercatori qui ad nundinas veniens mercibus instructus pretiosis extenso tentorio suo resider , expectans mercium emptores aduenientes : si neminem aduertat accedentem , exurgit & obambulat nunc in hanc , nunc in illam partem mercibus alliciens , vt accedant illas empturi. O ditissimum mercatorem de caelestibus descendente Indijs , diuinis opulentum mercibus , aquarum symbolo declaratis.

Serm. 2.

Dom. 2.

Quandam

vt. ac supra

Ho. 19. na

40.

VIII.

Quid si

ga. licet

ambula-

bat.

IX.

Similitudo

des

mercatoris

10.

10.

tis, peccio traditis solius voluntatis illarumque desiderij. Tentorium suum in mundo erigit quotiens accedant illas comparaturi. Ad illas omnes inuitat præcone Usara; *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, proferate, emite, & comedite. Emite absque ulla commutatione.* Eandem ob causam stans in templo vociferatur & exclamat: *Si quis sitis veniat ad me & bibat.* Dilatare taberna sedet, hominum præstolatus aduentum. Sic illum nobis representat D. Ioan. In casu quem retulimus de puteo Samaritanæ *Sedebat sic supra fontem.* Porro neminem cernit diuites has conquirentem merces: quid agit? Surgit flagrans desiderio, & nunc hac nunc illac contendit illas esse ens acquirendas: *Ambulabat in templo in porticu Salomonis.* Hæc est vicia in auge qua D. Ioan. Christi personam offert expositam, & nobis opportunam nimirum, expectantem, quod si vero talis non fuisset, quid de nobis miseris foret? si Deus non patienter nos sustineret, nec longanimis nos expectaret: ut expectat: sed nobiscum ageret. sicut cum Angelis: etenim ad primum eorum peccatum & offensam æterna eundem damnatione multauit: quis saluaretur? Quid actum fuisset de Dauid, de D. Petro, de D. Paulo, de D. Magdalena de D. Mattheo aliisque sanctis innumeris? Hæc est, ita hæc est illa misericordia, qua nobis est propitius: *Expectat vos &c. Propterea scilicet suspendit, ut sit vobis propitius.*

Hanc Domini patientiam & longanimitatem sponsa diuina meditatur, ut quid in eo omnino singulare. Membratum illum describit à capite vsque ad pedes quos esse dicit columnas marmoreas: *Crura illius columnas marmoreas, que fundata sunt super bases aureas.* Pedes quibus calcatis ille sponsus stat immobilis, interprete Ruperto Abb. longanimitatem eius designant patientiam magnamque misericordiam, qua sceleratos quosque expectat peccatores: iuncturas non habent, quibus incuruentur, nec carni sunt, qui fatigentur, sed columnæ sunt marmoreæ constantes, securæ: *Fundata super bases aureas.* Considera, quid in hoc prototypo, & hoc in templo sit solidius istis columnis fundatis super bases suas, q. d. ne timueris fatigandam hanc esse patientiam, aut iustitiam, qua te vitæ tuæ decursu constans expectat ad penitentiam. Quinimo ea de causa (ait Rupert.) diuino consilio Christus in cruce positus sibi noluit frangi crura, quod vtiq. ad tantum spectat mysterium, ut aorante ipso Euang. illud Deus in agno præstituerit Patebali obseruandum. Fracta sunt crura

duobus latronibus Christo lateralibus: etenim hominum patientia languescit & temporis diuturnitate deficit: verum Christi Domini nostri patientia immobilis est quantumcumque numerus accrescat criminum quamdiu peccator in hoc mundo viuit. Habes hic, inquit D. Ambr. quid Dominus agat nobiscum, nimirum expectat nos continuo, ut cum lacrymis accedamus, atque ex corde nostrorum petamus criminum indulgentiam, ut fecit Magdalena, quo nobis plenariam liberaliter impertiat eorum absolutionem, sicut & illi: ut accedamus visum obsecratis nostris oculis postulantes, ut illum nobis concedat, sicut illi, qui supplex ex corde eundem ab eo requisit: *Expectat Dominus leuis gemitus nostros, sed temporales, ut gemitat perpetuos. Expectat lacrymas nostras, ut profundat pietatem suam.*

§ 8. *Ambulabat Iesus. Hæc saluatoris expectatio velut misericordia sua probatio, nostram confundit stultitiam & impudentiam: cum ex illa peccatis inhæreamus.*

**E**X prædictis D. Ambr fatuam nostram colligit amentiam & audacem impudentiam qua ex hac misericordia, qua Christus nos expectat, & de eius patientia qua nos præstolatur libertatem elicimus ut nostris inhæreamus sceleribus, imo etiam nouis illum peccatis irrite mus. Si dicamus concubinario, quod iam a tot annis extra diuinam vixerit gratiam, & quomodo flocci facia tã diu hoc in peccato immorari um sciat infernum esse penaq. sempiternas, responder, se pariter scire, Deum esse misericordem & illum ad penitentiam patienter expectare, quocirca quoriscumque voluerit ad eum se convertere, brachijs illum excipiet vniq. patientissimis. Si petulant dixeris, ad omnem impudiciam, furum, & prodicionem audaci qua audeat temeritate, quo corde tãtis Deum prouocare sceleribus, quem nouit vitæ suæ spectatorem, iustum iudicem, & brachio præpositum, quo vitam illi præscindat æternisq. præcipiet damnatum cruciatibus? Respondet, non distitor, verum & fateor, tantam Deo esse patientiam, ut me ne vno quidem die aut altero sed omnibus vitæ meæ clemens sit expectaturus, sic etiam nobis asseruerit Prop. *Expectat vos Dominus Deus vester &c. In quacumque hora ingemuerit peccator &c.* Unde sic eum representat Euang. sedentem, expectantem. *Sedebat sic &c. Ambulantem quasi expectantem. Ambulabat*

Cat. 5. 15  
In cap. 5.  
Can. 5.  
Lib. 5. de diuinis offic. c. 14.  
X.  
Crura Christi marmorea, & in cruce fracta eius designant longanimitatem patientiam

19  
Lib. 2. de pan. c. 9.  
I.  
De Dei misericordia præmens peccat homo.

II. Stultissimi sunt qui hoc similitudo.

Ambulabat in porticu. An aliquid esse potest hoc stultus? An appetitur dari posset alicuius fatuitas, quam eius qui recepto in capite vulnere, ex quo non modica profuit copia sanguinis, mortem traheret, nec citius ad Chyrurgum concurreret: qui a nouit quod quocumque aduenit, illum recipiet, & suo vulnere medebitur? An amentia posset esse grauior, quam si quis luculentus conuagiosus procrastinaret, nec ad Apothecarium domiprotheraca mitteret, dicendo, noui semper hoc pharmacopolium hoc apertum, quocumque conuenire parare mihi uoluerit medicinam? O stultum te: & si quando uelles recurrere ad Chyrurgum iam tibi esset uita commutata? Et si quando festinare uelles ad tabernam iam tibi peris omnem corruptisset sanguinem, iudicium mentemque suam elisset?

Lib. 1. de Cain & Abel. c. 9. Pharaonis stultitia notatur remedii procrastinatio.

Expendit D. Ambrosius, inspidam plane & cerebro uacua perfidiam Pharaonis amentiam Castigat illum Deus incredulitate flagellis, quibus illius reprimetur peruerbia populumque Dei dimittit et libere ex Aegypto discedere, in qua detinebat illum captiuum: primo muscas & ciabrones mittit adeo execrandos ac molestos, ut nec Aegyptiis nec ipsi Regi locum darent quiete: tamque uenenosos ut mordendo occiderent vel ad rabiem usque cruciarent. Non submittit se Pharaon pernix: precipit Moysi Deus, ut funem stricibus comprimat, & laqueum arcibus coarctat & uirtute atque uirga suae potentia producat de lacu & fluminibus ranas. Tantas produxit ut plateas, foras, domos, & cubacula implerent, ad mensas usque in quibus comedeant, & lectos in quibus dormiebant, ita coarctantes ut ipsis auditum offenderent, ita fordiditas & execranda ut maximam causarent nauisam Aegyptiis. Conuocat Rex Pharaon diuinos suos: & aruspices, & inantatores, usque iussit ut huic malo prospicerent. Ipsi uero, qui suis debuerant illa amouere praestigis, & tollere incantationibus, similitur plurimas eduxerunt ranas, quae hoc a se illas quas Moyses produxerat, ad matas illis uenerunt tormenti dolorisque incrementum: erat autem hic euentus, quod licet illos potuerint prodicere: non solum tamen non potuerunt abigere ranas a Moysse productas, sed nec illas quidem, quas ipsi produxerant, quo tormentum creuit intolerabile: etenim se Pharaon luxit omnis remedii expectem, cum nec quietere, nec illi dormire posset: ubique enim illum ranas circumdabant, & si strato decumberet, ipsas iociter & ceteralia penetrabant: si uellem inderet, plicae & colli tegmina inuadebant: si

mensae accumberet inappis infidebant & sancti infilligebant. Itaque deuictus Rex Pharaon, Moyses & Aaron appellat, atque illis uirtutes est hoc pondus, arma proiecit: rogat Deum uelut, ut ranas illas tollat a me tam illas, quas uos eduxistis, quam illas quas incantatores mei produxerunt: iuro per Dominum: populum de terra mea libere abire permittam. Cur sic Moyses: & mihi hoc ardet: tempus mihi constituit, quo Deum tuo nomine deprecet: quocumque enim tempore uolueris, hoc te beneficio dignabitur: Constitue mihi, quando deprecet pro te, & pro se uis tuo, & pro populo tuo, & abigantur ranas a te, & a domo tua, & a iuueni tuo, & a populo tuo. Cui Pharaon: erant uerba Moyses: Luxit uerbum tuum faciam.

Adit D. Ambrosius, & ait: an similem uilissimi stultitiam & insuliam magis insipientiam? Etenim poena quam patitur intolerabilis est, & oblatio illi remedio quacumque uoluerit tota, dicat tamen & differat in crastinum: Cuius ualidissimum stultissime, an prudentius non dixisset: nuuc hoc instanti? etenim tantae calamitati remedium, quantumlibet festinum, tardum est. Per magna est haec stultitia. Quod cum dicat illi Moyses, Deum qualibet hora paratum esse, quae recurrerit ad illum, uelut tam intolerabili uoluerit calamitati, & tormentum perferre non perferendum, suum procrastinando remedium. Prae grandis fuit haec amentia, nec tua multo inferior: cui conscientia torloquacibus scetertanis, coarctantibus & nauisabundis, quanta tua sunt peccata mortifera, & quae tam crudeliter vexant tormento, quanto postmodum exarabimus: quia uero te Deus expectat, tibi que ait: quocumque ex corde ad me confugeris, praesto tibi succurram, tantarum differis remedium miseriarum, damnaeque reparationem, & ais: Cras eras. Vox est haec cornu reprobatum atque de arca eliminari. Tuam perpende Christiane facitatem: etenim ex eo, quo diligentiam educere debuisses, & ilico ad tuum festinare remedium, procrastinationem elicit, & in dolendo hoc statutu tuo peruectam.

Pariter ex illo nostra confunditur impudentia, sic D. Ambrosius: quia maior dari non potest. Primo: quia quantum est ex parte tua, Deum affligis & in angustias compellis, nostro loquendi modo: imo eo etiam modo, quo ipse seipsum in S. Litteris nobis obicit. Poena nulla dari potest acerbior illa, quam sustinet is qui anhelus expectat. Teipsum considera quantum angustetur, dum iter instituens iam illi accipit scium expectas,

Lib de Cain etc

Exod. 8. 8.

20 IV. Maior est adhud nostra Licit.



V. **Similitudines.** expectas, qui se comitem reddat via, multumque nimis tardat: quoties illi nuntium mittis? Quoties attentus aspicias, an hac vel illic accedat, quoties viges illum & instas quoties? Deinde si febris exaltues vel graui morbo decumbas, & lingua arida nimis haereat palato siti exaescens, quando praescriptum habes a Medico vt ad horam quantum haultum possis sumere cum iusto faccari, quam diuturne tibi hora illa videri tur? Quoties illas numeras? Quoties de illis inquiris Bethulienles corona militari cinchi audiunt a Principibus suis vt nullatenus se trahant hostibus, etenim Deum affirmant illis subsidia missurum. Ad illa suspirant, expectant, & iam ad extrema deduci praeparant, nec quidem illis videbatur tempus hoc esse modicum expectationis. Oportet Saul Deum consulere mediante sacrificio, quod illi Propheta Samuel designarat, qui & illi respondit, Dei beneplacitum fore, vt ad hoc septiduo expectet. Vno alteroue die praestolatur: porro tardet eum tam diu expectare: nam ante tempus praesentium, illud compleret, cumque Propheta se commotum ostenderet, diceretq, Deum grauius in hoc offensum, quod ad plures dies non expectasset: respondit illi Saul: nihil hoc te moueat Propheta: etenim mihi in longam moras trahere videbaris, nec mihi tanta fuerunt vires patientiae. Hinc causa patebit, cur se Deus ostendat amicum & rediolum (nostro loquendo modo, nam nostros in se non paritur affectus) quia continua illum suspendis expectatione. Audivo longanimitas te expectat, & illum vno die altero, audio vno altero, imo pluribus protrahis, facisq, expectare. Sic se per Prophetam Isaiam demonstrat fatigatum: *Laboravi sustinens*. Et per Prophetam Ieremiam, sic animam alloquitur: *Tu reliquisti me, dicit Dominus, retro sum abisti*. Et laboravi & gans D. Hier. O qua dulcia sunt haec verba, quae interprete D. Hier. significat: *Quod lassus sit semper prouocando eos ad salutem*. O anima, quae dorsum mihi vertisti quaeque tuis seruauisti praua desideris, perpende quanta me fatigatione, quam longa & continua assiliteris iogaris, vt red res, & ad me conuertereis. Quam apposite conueniunt illi Vatis verba Ieremias: *ignis exstinguitur, clausus quo in ossibus meis*. Et desit, se re non sustinens. Metaphoram sumit ab eo, qui bile nimis excauit, cui calor ossa penetravit, & iam suspirans calicem postulat aqua, quem diuersis suspendunt rationibus, quanta torquetur hic anxietate? Quam grauius con-

queritur, quod tam tarde propinent illi, quam tantopere desiderat, aquam? Quam moleste conquisit? Talis nobis offertur Deus animae tuae amoris igne inardescens quam expectat, quam desiderat, quae praestolatur? Quoties intrinsece corde pulsas, pulsasq, fortius? Quas voces audis eius, qui tu flagrat desiderio? Tu vero, quas non moras trahis? Quam diu illum non suspendis expectantem? O quanta serui impudentia, quem Rex praestolatur, vt aqua calicem adferat siti deficienti: ille vero se cum aliis iustis occuparet? cui si dicerent: attende, Rex tuum praestolatur aduentum, ille responderet: expectet, reexpectet.

Tu videris an idem cum Deo non facias. Et hinc secunda colligit D. Ambr. impudentiae nota. IX. *Lib. 2. de hinc secunda colligit D. Ambr. impudentiae nota. IX. Stra rationem: etenim hoc ipsum, quod nos debet commouere, vt ad Deum reuereamur, in motuum sumimus, quo diutius eius inhaereamus offensis, illas, reiecto omni timore, perperamus. Etenim dic mihi quis tibi tantam tribuit audaciam, vt tam multiplex Deum seclere prouocares? An non perpendis quodcumq, mortale peccatum, quantum est ex natura sua, sic Deo repugnare, ac si elato brachio illi velles alapam impingere? Idcirco de peccatore amicus ille Iob eloquitur: *Tentasti aduersus Deum montem suum, Iob. 15. 25.* Imo sic dicendum, quasi silicem in eum iaceres adeo fortem, quo si illum non proferas, ratio est, quod in se nimis sit praesumptus, eo modo quo quis thoracem habet aeneam glandi imperuimus, quo si illum is non occidat, qui in eum glandem explodit, causa est, quod arma gerat obharama. Quomodo igitur tantam aggreris prodicionem? Domine, tui Deum esse bonum, quod me expectet, & reuertentem eum misericordia benigne suscipiet.*

An ergo diuina erga te bonitas esse debet occasio tibi, vt Deo malus sis & infidelis. An quia te expectat, hoc animum tibi dat illum diutius in expectando detinendi? *Remedium peccati* (loquitur D. Ambr. D. Ambr. *Est incentiuum peccati*. Et hoc ipse tibi, quod alteri, potest exprobrare: *An oculus tuus 15. nequam est, quia ego bonus sum*; Meo quidem iudicio, ait D. Ambr. rerum pervertis imprudenter ordinem: etenim vulnus instigis pro medicina: quid pro quo si? An vulnus pro medicina: an medicina pro vulnere? Quis cui ordinatur, an Chyrgurgus plagae, vel plaga Chyrgurgus? virum dicentem audires: Domine mi, Chyrgurgum habemus, qui in hanc appulit civitatem, vt omnia cures omnium vulnera, etiam pestis: idcirco mihi grauem & mortalem instigam percussuram, vt illam iple cures & medeatur. O caput cerebri

VI. Saul deficit expectandi constantia. Reg. 12.

VII. Dei in nos expectandi constantia. Hier. 20. 9

VIII. Similitudo.



vacuum: non enim percussura ad medicinam, nec ad Chyrurgum ordinatur, sed medicina & Chyrurgus sananda sunt percussura. Talem te accuo: nosti etenim Dei misericordiam & patientiam, medicinam esse plagi omnibus tuis curandis efficacissima usplumq; Chyrurgū vulneribus tuis sanandis expertissimum. Accurre festinus quo tua sanentur vulnera, nec alia tibi indigas, nec accrescant vetera, quibus affigeris titulo & fiducia Chyrurgi adeo experti, & efficacis adeo medicinæ: *Vulneri medicamentū necessarium est, non vulnus medicamento: quia propter vulnus medicamentum queritur, non propter medicamentum vulnus desideratur:* ait D. Ambr.

D. Ambr. *Lib. 1 de Cain & Abel 16. 9.* O quā bene fundata erat illa contra nos probata Dei querimonia apud Dauidem, in qua contra nostrum grauitate ex postulat agendi modū, quo bellum illi mille sceleribus noxiisque inferimus atrocissimum: *Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea &c.* *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitates suas.*

Præclara continent hæc verba mysteria, eaque declarant apertius quæ habentur in originali Hebræo quæ diuersimode transferunt interpretes, qui communiter illa sic legunt, vt ait D. Hie. *Supra dorsum meum arauerunt peccatores, prolongauerunt sulcos suos.* Contra nostram inuerecundam ex postulat impudentiam, aitque supra dorsum meum suas peccatores machinas, fabricas & ædificia crexerunt, illi innixi suas prolongauerunt iniquitates. Humeros meos aratro peccauerunt, & sulcos per eos produxerunt largiores Humeri Saluatoris nostri patientiam eius designant & misericordiam super quos peccata nostra imposuerunt: illi etenim humeri peccata nostra in se suscepant, vt diximus dum de adultera ageremus.

*Exo. 33. 18.* Age Deus valde familiariter cum Moysē: hinc XII. ille factus audacior Deo supplicat: *Ostende mihi humeros faciem tuam.* Cui Deus: hoc nequaquam quod ausuos ostendit oculos tuos in humeros meos conicias: *Posteriora mea videbis:* quod enim opus est peccatori, qui propriis viribus non sufficit suorum pondus sustinere peccatorum, pro illis satisfaciendo, humeri sunt Dei, qui illa tollat & pro eis omnibus plene satisfaciatur. Hoc autem ita contigit. transeunte ceterum Domino, Moyses posteriora eius cernens exclamat: *Domine Deus, misericors & clemens pateris & multa miserationis.* Ex hebræo legimus: *Longanimus cernis hic humeros Dei, eius misericordiam, bonitatem, patientiam, longanimitatem: id est Longus narius.* Super illos suas

extollunt peccatores machinas, suasque extendunt iniquitates. Quid tibi anam præber, huic vacandi concubynatur, & illum de anno in annū protrahendū: etenim jam pluribus illi infortiuit nisi forte te, Deum esse misericordem tuiq; gratia passum esse, nec non misericordē esse, quodq; tibi parcat quoriscumq; facti peccatores ad illum recurreris, cui vitæ tuæ libertas inmittitur, proximum circumueniens tuis vacans libidinibus, inordinatis suis seruens voluptatibus: nisi in eo, quod Deum intelligas expectantem, benignum, & misericordem, nec non brachus te præstolantem apertissimis, An dari potest temeritas impudentior, *Supra dorsum meum arauerunt prolongauerunt sulcos suos.*

Quod si Christo in nocte passionis suæ manibus detento satellitum, dum super eum seueranimis flagella multiplicant, quasi super dorsum eius ararent (etenim de illo præfata verba nonnulli interpretantur SS. Patres) tu ipse accederes diceresque: quandoquidem tanta patient longanimitate super humeros suos excipiat flagella eadem multiplicare, eumque ac, ocus excipite. Bone Iesu: & quis hoc de homine suspicetur Christiano? Si crudelissimis illum ministris coronantibus spinis accederes diceresque: spinas illas infigite profundius, premitte crudelius: quandoquidem taceat, patiat, & minime conqueratur. Oblitescite coelestis: quis vnquam tam horrendam de te malitiam imaginetur: hic igitur considera idem te saltem aliquo modo dum peccas, agere. An ignoras peccatum esse flagrum & scuticam qua Christum, quantum est in te, flagellas atrocis? An te fugit spinam esse, quam quantum est in te, eius in hinc capiti durissimam. Nec hoc multum est, me tibi dicere, quod Saluatorem, & credas, & spinis coronas: quandoquidem dicat Apostolus quod illum de tuo tuis crucifigas occidatque sceleribus. Iterum crucifigentes in vitis & concupiscentis suis. Hoc concessit, dum peccas flagris illum credis tantaque super eum multiplicas flagella, quanta committis crimina: tot illum spinis coronas in capite, quot tuæ sunt culpæ peccatorum. Quis credat, quod ex eo, quod hæc tanta perferat patientia & longanimitate: *Ergo tacens, & quasi non videns;* velis vt flagra illa ingeminentur, sulci que prolongentur & infigantur spinæ profundius? Attendite peccatores, quid agatis, & cum horrendam Iudeorum damnetis iniquitatem, in eo quod Christo intulerunt, vos ipsos reatus eiusdem esse confortes: quia tantam eius in perferendis vestris criminibus attenditis patientiam, & in vos expectando

XIII. Explicatur ad hominem

LI. 67. 22

Et ande

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

LI. 67. 22

Etando longanimitatem : *Ambulabat Iesus &c.*

§. 9. *Huius Saluatoris nostri figura, qua in porticu ambulat optime conuenit illa Thecuitis sententia: Retrahat cogitans &c.*

22 **O** Prime quadrant hæc verba imagini, quam nobis proponit D. Ioan. Chryl. *Ambulabat in templo in porticu Salomonis.* Sed verius mihi videtur, cum video Saluatorem, sicat illum nobis proponit, ambulatentem suspensum, attonitum, instat viri per cubiculum ambulantis animo suspensi & cogitabundi illi ad amissum conuenire, quod mulier quædam ex verbe Thecua oriunda prolocuta dicitur, quam David vsque p̄sentissimam proclamauit, cuiusque Spiritus S. maximam celebrat prudentiam: *Non vult Deus perire animam, sed retrahat cogitans, ne penitus pereat, qui abiectus est.* Animo proposuerat David de medio tollere filium Absalonem ob fratricidium Amnon eiusdem Davidis filii: conata est mulier hæc Davidem eo adducere, vt à proposito desisteret: quocirca sapientissima proposuit illi argumenta, atque inter alia hoc obijcit. *Domine mi Rex oro supplex vt tuis in actionibus Deum studeas imitari, quo fiet, vt à vero, rectoque non aberres: Recordetur Rex Domini De sui. Quid agit Deus? Non vult perire animam, sed retrahat cogitans &c.* Sumit metaphoram ab eo, quod Patri cont. ngit clementissimo, qui filii sui uolans insolentias, quo:que per dies singulos viles & infames patret actiones, hæret anxius & diuertis suspensur cogitationibus: quid huic nebuloni faciam? Prudenter actum esset si nequam illum actibus meis expellerem, ne mihi occurat amplius: omne decedat hinc faulto: non enim de meis vel panem facultatibus hereditabat. Facta hæc propositione, in se reuersus ait, *H. u quid ago: filius meus est: iuuenis est, & imprudens: si perferam illum, fieri potest vt meliora sapiat, & in virum euadat præclationem quem si profugum eiecero, fieri potest, vt æternum pereat in non leue nominis mei detrimentum? Illa cogitatione primam reuocat conclusionem: & quasi defectus eius ponderans, propositione: concludit illi contrarias, & seipsum attendens, quod Pater sit, atque proinde in beneficium filii patienter oportet vt eum sustineat, hanc retrahat & mutat in suauitatem.*

II. *Similino do.*

Hoc modo se nobis proponit Deus, conclu-

siones statuens contra filios suos immorigeros, peccatores intelligo: etenim eorum attendens crimina, videtur illis intentare velle supplicium, eosque damnare perpetuo; verumtamen suam naturam expendens, Patris scilicet & quod tandem, licet hic sit peccator, tamen filius suus sit, ex concessa illi natura, quem futurum creauit regnorum suorum heredem: reuertitur, & illam retrahat sententiam, qua filium punire decreuerat, sumitque aliam filio benigniorem: non quod in illo quædam arguatur imperfectio earum, quæ reperiuntur in Patre mutante sententiam, gnorantia scilicet & defectus potestatis: sed quo declaret nostro modo paterna sua viscera, misericordia turgentia: si namque nostra cogunt illum peccata sumere sententiam, qua nos perdat: sua cum & bonitas mouet & excitat misericordia, qua piores abroget (nostro loquendi modo) nobis perniciosam, aliamque sumat nobis summopere proficuum.

Nou hunc mihi conceptum arrogo, sed grauioribus Ecclesiæ adscribo doctoribus D. Amb. a D. Chrysothom. b & D. Hieronym. c qui illum hauserunt ex quibusdam eiusdem Dei, ea refert e vato Osea. Deus inquit SS. PP. certum est, quod in se nullas patitur passiones, nec variis mutetur resolutionibus, nec illi viscera moueantur: hoc etenim nobis proprie conuenit: sed aliquoties vsuam nobis testetur misericordiam, & amorem exponat, se nostris oculis subicit, illis quasi moueretur. Talem se quondam ostendit Prophetæ Osee: etenim videbatur circa caeli cardines obambulare cogitabundus, mentes suspensus, sibi que loquens, & quasi vir, cui quidquam magni momenti contigit qui suspensus animo obambulat, nec sumit resolutionem, nunc caput agit, nunc manibus ludat. In finitibus populum suum Deus cumulauerat donis & misericordiis, quem nomine compellat Ephraim & Israel, sed in recambium respondit illi populus, terga vertens illi, simulacris adolens incensum, mille suum sceleribus offendens benefactorem. Intueatur illum Prophetæ, vt ipse ait, obambulantem, cogitabundum sibi que colloquentem, imo eo modo, vt illum Prophetæ potuerit intelligere: *Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israel: Quomodo dabo te sicut Alama, penam te vt Sebaim: conuersum est in me cor meum: pariter conuertata est punitudo mea. Non faciam furorem ira mea, non conuertar vt disperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo. Ecce quam hæreat animo, quam se ostendat cogitabundum, & mutantem sententias. Heu: Ephraim*

a Lib. 1. de pen. c. 4.  
b Ho. 5. do pan. & in proemio super Isai. c Ep. 46. ad Rusticum. III. Sic testatur per Oseam.

Ose. 11. d.

Ephraim quid agam tecum? Puniam te, par-  
 camne tibi hoc est: *Qua modo dabo te Ephraim?*  
 Quod Septuaginta legunt: *Quid faciam tibi*  
*Ephraim?* An te defendam, & laboribus cri-  
 piam? *Proregam in te Israel.* Video quod peccata  
 tua meam prouocent iustitiam, eogantque ma-  
 num tibi subtrahere auxiliarem. An igitur te de-  
 feram? suadet æquitas, ut ecclesi te igne con-  
 sumam, sicut luxuriosas illas ciuitates. Adama  
 & Seboim, quæ cum Sodoma simili perierunt  
 incendio: quandoquidem minora non sunt tua  
 crimina, & pares culpæ pari plectantur iuste  
 supplicio. Verum quomodo hæc tibi faciam?  
 negare non possum, meas es tu populis ele-  
 ctos, nepotes amici mei Abraham in egerimi:  
*Quomodo dabo te sicut Adama. ponam te ut Se-*  
*boim?* Hæc & grauiora mereris, & iuste rec-  
 pe: es: sed absit omnino: nam dilectus es mihi  
 populus: proinde stat animo, mutare senten-  
 tiam: hoc etenim significat: *Conuersum est in*  
*me cor meum:* iuxta phrasim scripturalem, qua  
 quis dicitur mutasse cor suum, qui suam mu-  
 tauit opinionem. Sic ait David: *Conuersus est*  
*cor eorum, ut odirent populum eius:* & in alio loco:  
*Et tu conuersisti cor eorum iterum:* atque de illo  
 qui sententiæ suæ pertinax insitit, ait David:  
*Confirmatum est cor eius, non commouebatur donec*  
*despicias inimicos suos.*

D. Hier. Hoc inquit D. Hieronymus, significat: *Con-*  
 uersum est in me cor meum, quoniam ergo terri-  
 bile supplicium, comminatus fuerat, rursum paren-  
 tis affectus in misericordia vincitur, & auertitur em-  
 iudicis pietate mirgat parit. Et subiungit: *Pa-*  
*riter conturbata est paenitentia mea.* Quasi nostro  
 diceret idiomate. Quam primum deiecit te pu-  
 nire, te itaque considerans peccata tactus ium  
 dolore cordis intrinsecus considerans meip-  
 sum, me esse patrem: & hoc ipsum, quod dixi,  
 calligabo te, cordis intima lacerauit. *Oce* ait  
*Gen. 6.3.* hic quod dixerat in diebus Noe. *Tutus dolore*  
*cordis intrinsecus.* Quocirca sententiam muta-  
 uit: *Quia Deus ego & non homo.* Non me co-  
 git mutare sententiam id, quod in te contem-  
 plor: non enim aliud præter peccata in te con-  
 sidero, quæ me prouocant: sed quod me ipsum  
 attendam, quod equidem Deus sum & non ho-  
 mo, diuinum & non humanum cor sit mihi.  
 Homo fitiosus se patitur duci passionibus, cui  
 ira obsecrat intellectum & rat onem, idcirco  
 præconcepas non mutat resolutiones: ve-  
 rumtamen Deus ego sum, cuius viscera fons  
 sunt misericordie. Quod si inter homines pa-  
 tres, tuas mutauit erga dilectos filios resolu-  
 nes, quamuis enim prouocati nequiss, quis in  
 illis aduertunt, decernant illos ædibus suis ex-  
 terminare, & ab oculis suis abigere: tamen con-  
 siderantes, quod partes sint, has reuocant reso-  
 lutiones, aliisque statuant, illos defendendi, ex-  
 pectandi, & paululum sustinendi: ego qui paren-  
 tum omnium parens sum. *Ex quo omnis paterni-*  
*tas in calis, & in terra nominatur.* Non mirabo  
 resolutiones ad quas tua me peccata impulerunt,  
 ut sumerem, in illas ad quas iustitia me prouo-  
 cat: utque in misericordia?

Cuncta hæc verba singulari prorsus eloquen-  
 tia, nec inferiori Theologia declarauit D. Chry-  
 lost. *Pater est amantissimus filiorum, & ut ille*  
*seas, dicit: Quid faciam tibi Iudas? Numquid nesci in pro-*  
*quid faciam tibi, verum nolo. Natura habitudo pe-*  
*ccatorum panam ultricem repositit, sed diuina cle-*  
*mentie magnitudo colubet. Quid tibi faciam? Igno-*  
*sciam tibi sed eo efficietis in cogitator, ac legior.*  
*si te non puniero, peior euades, legior ac negli-*  
*gentior. Ad iras te. An igitur cogitabo te, delebo*  
*te? Sed mea erga homines benignitas ad non suffert.*  
*Quid tibi faciam? Vi Sodoman, ponam te? Vi Go-*  
*morram subuertam? Conuersum est cor meum. Nal-*  
*is obnoxius perurbationi hominem imita, ut com-*  
*mutum esse tibi. Verius matrem representat libe-*  
*ros amantem. Conuersum est cor meum. Quasi di-*  
*cat mulier de puero: Conuersum est cor meum se-*  
*cundum matrem affectionem. Turbatus sum in*  
*mea paenitentia, Deus turbat ut? Imicatur locutio-*  
*nes nostras.*

Eadem de re locus alius adducitur quem D.  
 Chryl. ex hac doctrina videtur declarare: post-  
 quam enim dictum fuerat qualiter Noe, vxor  
 illius filii, & vxores eorum egressi fuerant de  
 Arca, iussu Noe ædificauit altare: in quoque sacri-  
 ficium obtulit Deo gratissimum hinc statim an-  
 te Arca. *Obsecrans est Dominus odor in suauitatem,*  
*& ait ad eum. In H. breuo est: Amari libo: Que*  
*diuersimode transferuntur: Chalpus legit: &*  
*dixit ad cor suum. Alij: & dixit in corde suo. D.*  
*Chrylostom. Et dixit Dominus in mente sua:*  
*Septuaginta: & dixit recognos: hoc est imen-*  
*te reuoluens, quæ prius cogitauerat: consilium*  
*inuit contra consilium, diuersum à priore. De-*  
*creta: delere hominem, vtpote malum. Non*  
*permanebat spiritus meus in homine, etc. id est, vi-*  
*tam hominis delebo, & hoc ipsum diluuium ca-*  
*pit ex qui: sed hoc decretum recogitat. De-*  
*xit recognos: nequaquam vltra maledicam terra*  
*propter homines: sensus enim, & cogitatio humani*  
*cordis in malum prona sunt ab adol. sententia sua.*  
 Fateor quod tam peruersas notans in homine  
 iudici.

*Esal. 104.*  
 24.  
 3. Reg. 19.  
 37.  
 Ps. 111. 8.

D. Hier.  
 IV.  
 Et expli-  
 catur à  
 D. Hie-  
 ronym.

*Gen. 6.3.*

V.  
 Qua ra-  
 tioue  
 Deus  
 suas mu-  
 tet reso-  
 lutiones.

*Ephes. 3.*

23

*D. Chry-  
 lost. Tom. 1.*

VI.  
 Confir-  
 marur,  
 hic lo-  
 quendi  
 motus  
 ex alio.  
*Hem. 17.*  
*in Gen. 8.*  
 21.

inclinationes, ad eum delendum vehementer sim prouocatus: sed tandem hoc ipsum me ad commiserationem impulit & benignitatem. Non dixit, auctore D. Chrystostom. quod hoc fecerit, eo quod hominem ceruere mutatum: quia talis erat ex mala sua inclinatione, & dixit Dominus in mente sua: iterum humano more loquitur. Ait præfatus doctor. Quamuis enim perperis hominum sceleribus videatur decreuisse vt hominem deleret verum attenuata natura eius corrupta, restat ut cogitans in mente sua.

VII.  
Quid  
nunc fa-  
ciet Deus  
cum suæ  
homo?

Hoc agebat Deus, & eo se modo suspensum multaque animo volentem ostendebat, dum Deus tantum esset & non homo: Deus ego sum, & non homo. Sed nec nostram assumpserat naturam, nec pro nobis sustinuerat, famem, sitim, fatigationem, flagella clauos, crucem & mortem: sed nec effuderat, aut pro nobis sanguinem suum dederat pretiosum, nihilominus terrat & mutat castigandi & perdendi homines resolutiones, ad quas cum enormia cogebant eorum crimina, in alias expectationis & remissionis, ad quas sua illum urgebat misericordia. talemque se monstrabat, qualem illum Theuitis describebat. Non vult animam perdere, sed reuocare cogitans, ne penitus pereat qui abiectus est. Perpende quid modo sit acturus: non enim Deus tantum est, sed etiam homo. Verbum caro factum est. Nam in hominum salutem eandem induit naturam, suum profudit sanguinem, vitam suam, imo seipsum quid igitur acturus est?

Ioan. 1. 14

Se certe obstrictum ex non tolerandis sceleribus & impudentis audacioribus quibus illum Iudæi prouocant, vt illos interfectione deleat: attendit quod sua illis non proficiat doctrinam, suis eos non moueat miraculis, non emolliat blanditiis, non corrigat reprehensione, nec doctrina sua, nec mirabilibus: ex alla vero parte se Deum esse recogitat quodque factus sit homo, in mundum venerit pietate motus & misericordia, vt perditum hominem repararet: igitur quasi mente suspensus & animo multa voluens, obambulans & sibi colloquutus ait: Quid faciam tibi Ephraim: quid faciam tibi iuda? Quid vobis faciam, o homines? Expediret quidem tantas igne cælesti puniri petulantias etenim illum merentur: sed meæ non correspondet hoc bonitati, & aduentus mei in Hieron. Bap. de Lanna Tract. III.

mundum intentioni, qua parcere illis & expectare decreueram. Ecce, qualis ambulet: Ambulabat in templo in porticu Salomonis.

O Christiane, quam iuste dicere mihi licet, nullo loquendi modo, quod Christum detineas suspensum, velut ambulantem & interrogantem: Quid faciam tibi Ephraim quid faciam tibi iuda? Quid faciam tibi? quid amplius in tui facere potui beneficium: quid vero tu amplius facere in mei dedecus potuisti? Creauit te, dans animam tibi comparem Angelis, omnium regnorum meorum ac diuitiarum capacem: in ventre matris te latentem custodiri, & cum salute ad lucem huius mundi produxi, & quam primum magis tibi curam meam Angelum destinavi, vt esset tibi pædagogus, atque à periculis superuenientibus te seruaret illasum, tuique tantum, idque singularem, curam suscipere. Ad meam intulisti Ecclesiam, aquis mundani Baptismatis, filium creauit te cælestis Patris mei omnium regnorum heredem fratremque meum per gratiam: meam insudi doctrinam, tradidi legem, sacramenta, merita: carnem tibi meam apposui in ferculum & sanguinem in poculum, & tandem meipsum tibi consignauit. Quid est quod debui ultra facere?

VIII.  
Ista cont  
vobis confide-  
tanda.

Milles lapsus es, & toties te lapsum erexit milles te Satanae seruum effecisti, & toties te de tyrannica eius eripui potestate. Quid est quod debui ultra facere. Quid est quod in mei nominis ignominiam facere potuisti, & non fecisti? Quas præteristi occasiones, in quibus non volueris tui potius seruire carni, & placere diabolo, quam mihi? Quoties, me contempto, Satanae adhæcisti? Numquid meas non audisti voces, meas sprouisti promissiones, minasque meas irritasti? Quomodo habo te Ephraim? Suaderet equitas, vt te delerem, & securi præcinderem arborem ita intrudensam. Sic fieri conueniret, dum te perpendo, sed meipsum cohibeo, me ipsum perpendens, quod pater tuus sim, nec sit amor Patris in o parentum omnium simul erga omnes filios suos, meo comparandus, quo te solum prosequor tibi que afficiot vnicò.

Isa. 54

Vtinam animo renouerēs tu, qui ad xdes festinas aliteris vt tuis vacēs libidibus, pluri assidens moribus viliemque voluptatem, quam ipsum Deum, ioumque eius  
Cccc calum

cælum, quodque te conspiciat ex alto, & quasi suspensos cælos ipsos, & Angelos alloquatur: *Obstupescite cæli super hoc, & portæ enis desolamini, etc. Me dereliquerunt fontem aqua viva, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.*

Nim. 25.  
7.

Quid acturus sum super impudentia tali, qua mihi dorsum vertunt, & vilibus adeo postponunt delitiis? Quis hoc sufferat? Iustum esset tibi supplicium si mitterem Angelum, qui te & aliam pugione confoderet, ut olim laudabiliter fecit Phinees illis, qui similitate polluerant impietate. Hæc quidem condigna ait, tuis sceleribus, sed quid? Pater tuus sum, Pater misericordiarum & totius Deus bonitatis, atque ut talis: *Non faciam secundum furorē iræ meæ.* Vtinam attentius tu perpenderes, quod sanguinem bibisti pauperis, quem perire permististi: hic autem contra te vociferetur: & tu similiter, qui fame cernis perire languentes, nec illis compatieris magis, quam dives ille Epulo jacenti Lazaro, quod Deum quasi stupentem detineas & attonitum, sibi loquentem: qua ratione tantam perferam duritiam, tantam non castigabo malitiam? Sic seipsum Propheta proposuit. Ezechielii tales considerantem & exclamantem. *Vsuram & superabundantiam accepisti, & auare proximos tuos calumniabaris, etc. Ecce compleri manus meas super auaritiam tuam, quam fecisti, & super sanguinem, qui effusus est in medio tui.* Verbum Complodere significat ad iniuriam collidere eo modo quo agit quando alicui indignatus manus collidis, ambæque coniungens clatis brachijs, sic inquisi Apage hinc.

IX.  
Nostra  
nobis  
Deus ex-  
probrat  
peccata.  
Ezec. 22.  
22.

Eo modo se Deus ostendit, crudelem te & auarum conspiciens, qui denarios Deo anteponis, illique in paupere frustum panis denegas unimilicors. *Eccc compleri manus meas super auaritiam tuam.* Hinc apage: tua namque meretur peruersitas, ut te perdam in æternum. Hoc tua meretur auaritia. Sed quid ago? Deus ego sum, & tui gratia sanguinem meum profudi, tuamque volo expectare correctionem. Vtinam & tu considerares dignitatem ardellio (a) qui caelestes continens sedes quas tibi Deus offert, viles has mundi sectaris ipso vento, vel fumo, vel umbra vaniores: quod ipse hæreat anteo suspensus, te tuasque perpendens ipse cogitationes. *Peccata mens cogitationes.*

(a) Papa  
uicino.

22. 11.

hominum, quoniam vana sunt. Quasi dicat *Os. 12. 2.* quid illi faciam, qui continuo ventos sectator & auræ? *Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum. Quid faciam tibi Ephraim.* Illud tibi conueniet, si tuas perpendam iniquitates. Porro, non faciam secundum furorē iræ meæ. Proh Dei misericordia! diuinam eius obstupescite bonitatem. Habes hic imaginem qua D. Ioan. Christum nobis describit. *Ambulabat in portis Salomonis: & quam apte huic imagini conueniat illa sapientissimæ mulieris sententia. Non vult Deus perire animam, sed reuertat cogitans, ne penitus pereat, qui abiectus est.*

§. 10. Circumdederunt ergo eum, & c. oues meæ vocem, & c. Præscitos illi præserunt qui Christum circumdant: & Prædestinatos, oues quorum primum indicium est, audire vocem eius, illam simpliciter credendo: sicut & illorum, illum circumcingere.

Secundam nobis proponit Evangelista imaginem scilicet reprobatorum in figura horum inimicorum Christi, qui tam clare tales se esse demonstrant, ut poni possint tamquam symbolum eorum, qui præciti sunt: sicut ad exprimendum hominem crudelem, Neionem p. of. 8, & ad declarandum sapientem propositis Salomonem: ita similiter si reprobatorum vis cognoscere, illos intueri. Imago tertia est prædestinatorum, quam nobis depictam offert penicillo multo eminentiori, quam fuit Apellis, lingua scilicet. Saluatoris: etenim illos nobis depingit in symbolo suarum ouium.

Expendit Theodoretus Dei consuetudinem: etenim quia homo per peccatum: *Comparatus est in iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Solet Deus homines animalibus comparare: crudeles, tyrannos, leonibus: astutos & versipelles, vulpibus: gulosos, vris: carnales & luxuriosos, porcis & jumentis: bonos & pacificos, animalibus mansuetis, domesticis & simplicioribus: vepore coluambis, & nominatim ouibus: harum enim symbolum nobis describit prædestinatos: & latius quidem nobis illud indicauit (inquit D. Aug.)

24  
I.  
Homines  
varie  
compara-  
rantur  
animali-  
bus.

Serm. 5. de  
provident.  
Ps. 48. 13.

*Tract. 48.* D. Aug. quandoquidem in ferm. de iudicio; *in Ioan.* dicendo quod omnes homines in duas sunt *Matt. 25.* deuidendi classes, prædestinatorum & probatorum: hos declarauit lob symbolo hædorum, illos autem in figura ouium.

Illa igitur symbola perpendamus & imagines, vnam alteri conferamus & opponamus: oues, sicut illas Christus describit, illos autem reprobos, & illos, describit Euangelista: quatenus per hoc vnusquisque faciat coniecturam, vtrum prædestinatus sit, vel reprobatus: vtrum merito sperare possit annunciantium se inter oues, quas iudex statuet ad dextram: vel timere inter hædos se collocandum, quos ad sinistram reiciet. Domine, in quo cognoscemus an de numero simus: ouium tuarum: carum perpende conditiones.

*Su. cit.* Prima est, ex sententia D. Bern. quam ponit Saluator primo loco: *Oues meæ vocem meam audiunt.* In hoc signo ita in communi prolato, multa alia particularia comprehenduntur, secundum quod in SS. litteris multifariam intelligitur: audire vocem Dei. Primus modus & magis literalis assignatur à D. Basil. verbi illius: *Audiunt* vim expendente, *Audiunt: vocem meam audiunt, non disputant, neque discutunt.* Simples sunt oues, & audientes vocem Pastoris circa illam non altercantur, non disputant, vtrum se debeant mouere illius voci conformiter, sed simpliciter illam audiunt. Quid oues meæ simplicem voci meæ præstant obedientiam, nec illam disputationi subiciunt, vel examini. Hinc omnis orta est nostra calamitas, quod parentes nostri Protoplastes audientes Dei vocem in paradiso præcipientis eis, ait, ne comedent de arbore scientiæ boni & mali, simul asseuerantis, quod si comedere præsumerent, morerentur, illam questionem subiecerunt & examini cum diabolo, qui illos accessit interrogans. Quare vobis præcepit Deus, ne fructum arboris illius comederetis? Respondent illi: quia nobis comminatus est, quod si fructum illius gustemus, certo certius nobis sit moriendum. Hinc apagete tale commentum: cur, quæso, moriemini? Arborem intuemini, quam pulchra, quam formosa sit, & quam lapidus esse debet eius fructus? Vt quid illa potius, quam aliæ, vobis mortem inferet, & occidet? Nulla huius constat ratio, nec in illo fructu quid-

quam videtur esse mortiferum, magis quam in aliis. O quantis hic defectus, velle pastoris vocem submittere discussioni. Hinc illa lachrymæ, hinc nostra perditio. Oues meæ vocem meam examini non subiciunt, inquit Deus.

Omnes admirantur argumentum, quod his conformiter prosequitur D. Chrysostr. ostendens quam simpliciter, & omnia omni disputatione audire Dei vocem nos oporteat. Manifestum est, seruum Domino suo debere obedientiam: quocirca supremo Domino suprema debetur obedientia. Quænam est hæc? Ea, quæ nullam admittit contradictionem, nullam disputationem, quod si contradictio contraria sit obedientiæ, suprema obedientia nec punctum quidem patitur contradictionis. Hæc est illa, quam præstant oues Dei eius voci in duobus. Primum: ex parte intellectus, credendo sine disputatione id quod dicit. Secundum: ex parte voluntatis faciendo, & implendo eius mandatum. Hinc est quod grauem iniurat Deo ignominiam, qui vult examinare verum verum sit id, quod dicit, & iustum id, quod præcipit etenim non est hoc agere cum Deo, sicut cum supremo Domino, & prima veritate.

Ex prædictis, inquit D. Chrysostr. intelliges qualiter tibi sit audiendum Dei verbum eiusque doctrina, nimirum cum obedientia suprema, non examinando, quomodo hoc est? Quomodo illud? Qui fieri potest, vt tres sint personæ & vna sola essentia? Qua ratione, si Pater generet filium non est illo prior? Quomodo in tam parua quantitate vnus hostiæ perfecte lareat totum Christi Saluatoris nostri corpus? *Oues audiunt & non disputant:* de quo subtiliter discurret D. Basil. illa Davidis exponens *In Ps. 139.* verba: *Credidi, propter quod locutus sum,* *Ecce.* Non queritur à te, ait ille sanctus, *Credenda* vt intelligas illa mysteria tibi à Deo propofita, nec vt illa tuo capias intellectu: etenim exiguum haberet pelagus fundum, quod breues adeo pedes tranfuerent: hoc autem tibi præcipit, vt credas simpliciter. Hæc est diuina bonitas quæ nobis magnam hanc facit misericordiam, quæ præclara sua mysteria, & suprema communicat Sacramenta. Noueris ea esse talia, vt *Ecce a* impossibila

*Homi. 2. in Ep. ad Ro. post mediæ.*

III. Supremo Domino suprema debetur obedientia.

25 a

*In Ps. 139.*

*Credenda sunt non intelligenda.*

*Credenda sunt non intelligenda.*

impossibile sit nobis in hac vita illa intelligere: valde foret exigua, si nos ea posset intellectus comprehendere: supremam à nobis exigat obedientiam, ut audiamus id, quod nobis dicit oritur simplicitate, credendo, & non disputando, nec examinando nec tantam volendo intelligere profunditatem. Adcirco nobis mandat, non ut intelligamus, non ut comprehendamus, sed ut simpliciter credamus.

Tract. 36. in illud Ioan. 8. Non sum solus.

Duo (sic D. Augustin.) potes percunctari circa illa mysteria, quæ tibi Dei verbum proponit, quæ sunt fidei: primum, quomodo illa intelligam quæ non comprehendo? Secundam quomodo credam non enim intelligo? Ad primum tibi respondeo: optime dicis, quod illa nequas intelligere, cum illa non possis comprehendere: ad te secundam tibi dico, quod non bene dicis: quomodo illa possum credere quandoquidem illa non possum intelligere: quia ad illa bene credendum, non à te petitur, ut illa bene intelligas, imo potius idcirco à te petitur, ut illa bene credas & simpliciter, quia illa nequis intelligere. Dices: quomodo istud creditur. Quomodo istud capitur? Ad hæc duo respondeo, quomodo capitur, recte dicis: quomodo creditur, non recte dicis: imo ideo bene creditur, quia non capitur: nam si aperitur, non opus erat, ut crederetur: quia videretur. Ideo creditur quia non capitur. Hoc igitur est quod Deus à suis requirit, simplicem obedientiam erga diuinum suum verbum: hæc enim illi debetur, ut ipse supremo Domino, & primæ veritati nam credendo, sicut credis, quod Deus sit, iniuriam illi facis dum vis examina: e si verum sit id, quod ait, & si iustum sit id, quod præcipit.

Rom. 5. 1. 2. Cor. 10. 5. Intellectus non ster omnium est inuestigator.

Hæc est illa obedientia, quam ut primum fidei fundamentum statuit Apostolus. Ad obediendum fidei. Et illam alio loco declarauit, dicens: In captiuitatem redigentes omnia intellectum in obsequium Christi. Tribuit nobis Deus intellectum, ut esset velut inuestigator & omnium eorum examinador, quæ nobis occurrunt, ut illo nostros gressus examinemus & actiones, idque discutiamus quod nobis dicunt, qui in mundo sunt; ne nos circumueniant. Hæc quidem sic se habent quando agimus cum creaturis, quæ nos possunt decipere. Diligenter examina, quod aliter tibi dicit, quod hic tibi promittit, & tuus hæreat intellectus, in eo quod ille narrat

redux ab Indiis, aut ille, qui tibi tendit insidias, sed ad vocem Dei, sit ligatus, sit captivus, & illum tu in captiuitatem redige, non illi permittens, ut examinet, ut quæstioni subijciat id, quod Deus asserit: nam hæc illi obedientia debetur quod tamquam supremus Dominus præcipit, & tamquam prima veritas confirmat. Habes hic primum Dei iudicium, id est prædestinatorum, obedientiam simplicem ad Dei vocem, credendo id, quod ait, & faciendo id, quod præcipit.

Quibus notum est, quod in duobus illis fratribus Iacob & Esau nobis Dominus symbolum præmiserit populi Iudaici, & Gentilium: prædestinatus ille per gratiam Euangelii & hic in ordine ad eam reprobatus: sic enim Deus Rebecca prædixit, quando geminos gellabat in utero. *Dux gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur.* Quæ verba huic proposito conuenienter expendit Apostolus. Quod si à Deo scisciteris, quænam futurae sint singulorum conditiones, tibi per Dauid respondet: quod ille populus prædestinatus obedientiam præstet voci suæ, adeo simplicem, ut quam primum illam audierit, recipiet. *Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit voci.* Talem mihi seruauit obedientiam, qualis supremo debetur Domino, cui seruire oportet nulla facta eius verbo oppositione.

Populus autem reprobatus eius examinaret verba & circa illa disputaret, maiorum suorum vestigia secutus, qui semper contradixit iis, quæ Deus & dicebat, & faciebat, eiusque verbis dubium ingererat, nec illa credebatur, similiter & eius mirabilibus defectum adscribebat. *Filij alieni mentis sunt mihi, inuenerat sunt, &c.* Ecce quales illos describat D. Ioan. Christum circumdantes. *Circumdedant eum Iudei, dicens: Quomodo unam nostram tellurem & solum ex Christus, dic nobis palam.* Quomodo tandem nos decives suspensos? Si tu es Christus aperte nobis hoc indicato? Respondet Christus: *Millies hoc vobis dixi, & semper verbis meis vos posuistis aduersarios, & contradixistis per hoc ostendendo, quod non estis ex ouibus meis: si namque ex illis essetis, vel semel hoc dixisse sufficeret: Laqueus vobis non crederetis, &c.* quia non estis ex ouibus meis.

VI. Iacob prædestinatus, Esau signatur reprobatus: Iudeos & gentes. Rom. 9. 10. Ps. 17. 45.

Mirum



**26**  
Iudei  
semper  
Christo  
contradi-  
cerunt.

Mirum est, quam prouisi fuerint & perui-  
caces, vt Saluatoris Christi verbis contradi-  
cerent. Quando illis ait quis sit, replicant,  
dicendo quod non teneantur illi credere: nul-  
lus etenim in propria causa bonum fert te-  
stimonium: & sic vidimus Sabbato præce-  
denti, cum eum illis diceret: *Ego sum lux  
mundi*. Obiecerunt illi: *Tu de teipso testimo-  
nium perhibes, testimonium tuum non est ve-  
rum*. Ab ipso requirunt, vt dicta miraculis  
confirmet: quando autem illa exhibet, tur-  
lus obiciunt vt illis verbo clarius d. cat  
quod illo conatur iperiuadere. *Si tu es Chris-  
tus dic nobis palam*. Circumulerunt eum:  
quando opera exhibebat, petebant verba, &  
quando verbis affirmabat, opera requirebant.  
Notandum verbum illud. *Circumulerunt*  
quo D. Ioan. vitur: hoc etenim profundissi-  
ma signat mysteria. Verbum hoc *circumulare*  
in rigore, significat animo hostili & milita-  
ri corona cingere. Sic Spiritus S. loquitur  
quod Rex Saul persequens Dauidem, illum  
in modum coronæ circumcingeret. Simi-  
liter Christus prædicans Romanorum ad-  
uentum super Hierusalem, & obidionem  
futuram, sic ait. *Circumdabunt te inimici tui  
vallē*.

**1. Reg. 23.**  
**26.**

**VIII.**  
Et Dei  
veritate  
in iniu-  
stia de-  
tinent.

**Rom. 1. 22**

Præponit nobis illos Euangelista acce-  
dentes ad Christum animo hostili, vt illi  
contradicere: & meo quidem iudicio pa-  
teat de illis intelligimus quod Apostolus  
Paulus dixit de Philosophis illis inflatis, re-  
probis, & præcitis quorum non toleranda  
impietas grauissime diuinam prouocauit iu-  
sticiam. Duo de illis enuntiat: vnum: malam  
arguit in eorum intellectu dispositionem:  
*Dicentes se esse sapientes: stulti facti sunt*. Al-  
terum: malam ostendit in voluntate disposi-  
tionem: etenim diuinæ se veritati opposue-  
runt, eamque iniuste detinuerunt: *Qui ve-  
ritatem Dei in iniustitia detinent*.

**Rom. 1. 18**

**IX.**  
Philoso-  
phi nihil  
credunt,  
nisi quod  
ratione  
probatur.

Primo: dicit quod in eo ipso, & per idem  
ipsum, quo ostendere se voluerunt esse sa-  
pientes. Stulti facti sunt: quo peruersam de-  
clarat dispositionem eorum in intellectu ad  
diuinam recipiendum veritates. Sapiens dicitur  
apud Philosophos ille, qui rem cognos-  
cit ex causis suis & principiis: & tunc di-  
citur, quod quis se sapientem ostendat,  
quando proposita illi aliqua re, eiusdem cau-  
sas inquit, & principia. Quæ circa dice-

bant illi Philosophi, quod credere res pro-  
positas, nulla præhabita clara ratione, pro-  
prium esset simplicioribus: sapientes enim  
non eis fidem adhibent, nisi illis ratio eius-  
dem assignetur. Sic refertur de Aristotele:  
dum enim die quodam in manus eius liber  
incideret Geneleos, quem Moyses conscrip-  
sit, primam illam cepit legere propositionem:  
*In principio creauit Deus cælum & ter-  
ram*, & iterius progrediens in eiusdem le-  
ctione, sperans quod prædicta confirmaret,  
nullam autem aduertens probationem, li-  
brum abiecit, dicendo: *Bene dixisset iusti-  
cus, si probaret*. Ad Philosophos peruenit  
diuina veritas: etenim absque dubio illam  
sepius audierunt, & eo quod ad eorum au-  
res peruenit id, quod Prophetæ, & alij de  
populo Dei dicebant, vt probat D. Clement.  
Alexand. sed volentes se sapientes ostende-  
re, petebant vt illa rationibus ad credendum  
probarentur. Quo factum est, vt stulti  
facti sint, & obsecratur habuerint intelle-  
ctum: grauior etenim dari non potest  
amentia, quam velle Dei veritates intelli-  
gere ad illas credendum: quia non debent in-  
telligi, vt credantur, sed ex opposito, cre-  
di debent vt intelligantur: vt diebus præte-  
ritis diximus: nam idcirco hanc statuit I-  
saias propositionem: *si non credideritis, non  
intelligitis*.

Secundum: quod de illis dicit hoc est:  
*Veritatem Dei in iniustitia detinent*. Quæ  
verba licet altero die vno sensu explicau-  
rimus, alterum tamen habent mirabilem,  
& plane mysticum, quo demonstrat Apo-  
stol. reprobam in eorum voluntate disposi-  
tionem. In intellectu suo Dei veritatem mi-  
nime receperunt: vnde deficiente illis hoc  
fræno, soluti habentis in quos suos sectari  
sunt appetitus, quo eorum voluntas in tan-  
tam est delapsa malitiam, ut non solum hanc  
non crediderint veritatem, quæ ea, quæ  
oculis suis cernebant, illis clare propone-  
bat: sed ducte se illi opposuerunt, ingres-  
sum illi prohibentes. Omnes has creaturas  
tali creauit Deus ordine, vt veritatis Dei es-  
sent tubicines: quod ipse vnus sit, solus, om-  
nipotens, æternus, & omnium earum crea-  
tor, quod nulla earum Deus sit, sed factura  
illius qui Deus est, quod singula & omnes  
simul illas Prophetæ Regij voces attollant:  
Ccc. 3. Ipsa

**X.**  
Vnde in  
tot vitia  
corruc-  
runt.

Pl. 99. 3. *Ipsi fecit nos, & non ipsi nos.* Quilibet eorum conspecta veritatem illis Dei proponebat inuisibilem. Inuisibilia Dei, per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. *Ecce. Ita ut sint inexcusabiles.* Illa, quae videbant, clare illis demonstrabant essentiam divinam veritatem: sed tanta erat voluntas eorum perversitas, ut ingressum illi negarent, & violente eam decernerent: ne intellectum eorum ingrederetur. Ipsa illis clare se proponebat, & ipsi illam cognoscentes, eidem adversati sunt, & ingressum impediunt, non sine gravi iniuria: mendacio vero confenserunt ingressum, tantorum Deorum adeo vilium & immundorum, quos adorabant. Hoc est quod ait Apostolus. *Veritatem Dei in iniustitia detinent.*

XI. Metaphora.

Er metaphora sumitur à tumultu seditioso civium in Regem suum, qui alium pro suo cerebro constituunt, ut Rex si cum autem Rex legitimus accedit, & suam querit intrare civitatem, portas illi praecludunt, ingressum negant, & tormenta bellica in eam dirigunt explodenda. Hoc ipsos fecisse demonstrat Apostolus. & per hoc se reprobos esse significavit: idcirco permisit Deus, ut in tam execrandas laborarent ineptias, ut adorarent colubros, bufones, lacertos, & alia, quae refert Apostolus: *Idcirco tradidit illos Deus in reprobum sensum, &c.*

XII. Tales fuerunt & Iudaei.

27. An reprobos illos notasti, nobis ab Apostolo descriptos? Tales ergo fuerunt illi ex Evangelio, quos nobis proponit Evangelista Christum circumdantes. *Circumdederunt eum Iudaei.* Primo, malam eorum perpende in intellectu dispositionem: etenim eo nomine, quod sapientes sint, volunt Dei veritatem examinare, & hoc ipso stulti sunt, & obcaecantur. *Quem suam animam nostram tollis? Si tu es Christus dic nobis palam.* Sumus nos huius plebis oculi sapientes & magistri, quod enim nobis credendum est, prius hoc nobis evidenter est demonstrandum: quod si populus ut simplex in rebus certificandis non haereat, nobis similibus non est assentiendum, nisi illas nobis confirmes evidenter. Hoc supposito principio quidquid Christus dicebat, praeedicabat, & operabatur, perpetuo subiciebant examini. Quando proponebat illis veritatem, dicebant, quod illam non deberent credere: quandoquidem

nullus bonum fert in propria causa testimonium: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Volumus, ut, hoc, quod dicis, operibus confirmes. Fiat, opera demonstrat, & die quodam cum ea examinaissent ut iudices, dicunt ea vir vilius esse momenti, & communia: alias quod virtute haec patretur diabolica: alias quod haec sibi non sufficerent, nisi clare illis verbo loquatur: quid plura? Declarant, quod sint sapientes, ac proinde nihil illis sit credendum, nisi quod viderint: unde in omnibus quae Christus aut dicebat, aut faciebat, se itauebant examinatores & ea in quaestionem revocabant, dicendo: *Quomodo proprium illis verbum. Concionatur & sublimitate perorat: haerent ipsi in inquirendo: Quomodo hic literas scripsit, cum non didicerit? unde huic sapientia? Proponit illis SS. Sacramenti mysterium & profiliunt omnes in medium obiectantes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Caeco à natiuitate lumen restituit, ut per illud eorum animabus lumen infunderet, & omnes conveniunt & inquirunt. Quomodo? Itaque quando verbis veritatem illis proponit, dicunt se opera, flagitare: quando exhibet illis opera procedunt, & dicunt se audire velle verba clarissima: Dic nobis palam.*

Habes hic illud Apostoli. *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Hoc ipso intellectu obtenebrati sunt, & satutum imperium sequentes passionum, eorum impletur voluntas invidia, & pervertitur iniquitate: ut dicere liceat: *Veritatem Dei in iniustitia detinent: nam animo se se opposuerunt adeo rebus veritati, ut manifestam illi inuulerint ignominiam, iniusticiam & violentiam, qua illam detinuerunt, nec ingredi permiserunt.* Erat haec veritas dominia legitima, cui se subdere tenebantur, iuxta foedus initum & constitutum, quo Messiam recipere aduenientem: Quam aperte veritas haec accedebat in eorum animas ingressura? Illam Christus per diuinum verbum suum mittebat: *Sermo meus veritas est.* Quam efficaciter & fortiter tentavit ingressum nunc per auditum, cum gratia & eloquentia, qua Christus illam proponebat, & quidem tanta, ut ipsimet obstupescerent: alias per oculos, prodigiis adeo caelestibus nam per illos videbant quod illa

XIII. Christi opera sepe volebant examinare. *10a. 7. 15. 10a. 6. 55.*

XIV. Veritatis se se opposuerunt.

illa faceret ad eiusdem confirmationem adeo  
suprema : vt ipsimet faterentur hæc suffice-  
re, vt totum mundum in fidem suam pellicerent.  
Quod si veritas Dei maiores ad ingressum vires adhibuit, non minores illi adhibuerunt, quibus illam repellerent & ab ingressu procul arcerent. Eius cernebant miracula à quibus realiter conuincbantur, & hanc cognoscebant veritatem, prout postea dicendum. Cum esset legitima domina atque vt talis cognita, detinebant illam ne intraret suæ violentia malitiæ : ideo dicitur : *In iniustitia detinent.* Ecce quam graphice D. Ioan. illos deserbat. *Circumdederrunt enim Iudæi, &c.* Quasi bellum inferentes illi, & oppositionem. Si nonnulli forent tam amentes vt solem circumdarent, quasi radijs lucis eius vim vellent inferre, conati illam detinere ne ad oculos intraret, illos ocludendo & obturando ; tales sunt illi de quibus prædixit Iob : *Ipsi rebelles fuerunt lucini.*

Iob. 24. 13

Habes hic apertum reprobatorum symbolum, hominum, quibus anima tanta repletur malitia, vt Dei veritati negent ingressum, imo illam impediunt forasque manere patiuntur. Tu perpende, vtum ex illis vnus sis: licet enim ita sit quod ex illa possimus iudicare principaliter vt reprobos & præcitos ipsos hæreticos, qui non solum non audiunt cum omnibus vocem Dei, quam illis per Ecclesiam suam proponit, sed illam velint examinare, illi sese opponant, & nullam permittant ingressum : pariter possemus aliquo modo iudicare, quod hinc timere possint nonnulli Christiani sese inter reprobos esse numerandos. Quoties ad te Dei veritas verbumque accessit, & illud tu cognoscens, nedum illi nolueris dare introitum, sed iniuper illud ab ingressu iniuste cohibuisti, tanquam si legitimo patrifamilias quis in domum suam ingressum impediret. Quod si dedisses ingressum, tecum Dei veritatem adduxisses, & cum legitima sit ipsa domina, hanc animæ tuæ domum gubernaret. Dico mihi tot diebus quibus iam prædicamus, & quibus omnibus ad te veritas accessit diuina, quam vel quas ex illis tibi retulisti? Post tot auditas conciones, quænam obsecro veritas ingressa est sedemque sua in corde tuo permanentem? Aliquoties

XV.  
Etiam  
Christiani  
veritate  
se opponunt.

à nonnullis vestrum inquiri, qui sermones frequentatis, vt mihi dicatis quid ex illis vobis superfluit, & quid animæ vestræ collegistis: dicit hic, labilis sum memoriæ, dicit aliter, oblitus sum: respondet ille, laboro iudicio. Non est hæc ratio principalis, sed quod accedenti veritati in animam vestram ingressum minime concessistis, vnde hic, vbi illa dicitur & proponitur, ipsa remansit. Numquid audisti veritatem à predicatore tibi propositam, quod tibi vitæ tuæ interesset affectum hunc procul arceri sensualem, & manu mittere mulierem: hanc impudicam: tu vero amorem illum ad nummos abnegares, & aliena restitueres: tu autem illicitas illas ommitteres luxurias quibus immemor tuæque animæ detineris? An hæc intrauit veritas? An sumpsit in corde tuo domicilium? An procam dimidisti? An maleparta, dixero melius male sublata reparasti? An in teipsum reuersus es, quo vitam aggredieris, qualem decet diuino consecratam obsequio? Ingressum veritati num dedisti? Totus es in examinando: quomodo manu mittam mulierem: quo namque die, non illam video, sic languo vt mihi deficiere vita videatur? Quomodo facultates restituum, quas iam in sanguinem mihi conuertisti? Cave, ne tibi dicat, *Vos non credistis: quia non estis ex omnibus meis, Oues meæ vocem meam audiunt.*

11.  
§. 14. Oues meæ vocem meam audiunt, Indiciam est prædestinati audire vocem Dei, eius seruando legem: sicut reproborum, illam transgredi.

N On solum vox Dominus noster his verbis: *Oues meæ vocem meam audiunt:* signum declare suorum prædestinatorum, quod nimirum omnium simplicitate vocem suam audiant ex parte intellectus, credendo, nec verborum suorum examinando veritatem: sed etiam ex parte voluntatis illam ad amissum impiendo,

28.

1.  
Audire  
vocem Dei  
id est, ex  
obedire  
simplicitate.

nec discutendo utrum mihi hoc expediat, quod mihi Deus imperat vel utrum illud in aliud differam tempus: quia iuxta diuinum idioma, audire verbum eius, nedum est dicta credere, sed mandata operibus implere. Nota sunt etiam vulgo verba Prophetæ Samuelis ad Saulem Regem Israel. Præcepit illi ex Dei nomine, ut exercitu suo comparato inuaderet Amalecitas & omne, gladio cadente, viuens obtruncaret, non homini parceret, non gregibus, non armentis, &c. Ab ipso Rege vique ad vilissimum subditum, ab ipso tauro generosissimo vsque ad minimam ouiculam cuncta demoliretur. Audire hæc verba Saul, non illa custodire: quia vitam concessit saltem ipsi Regi, & armentis peperit melioribus. Ipse accedit Propheta, atque: dixit mi Rex.

II.  
Saul eo  
Imodo il-  
lam non  
auduit.

1. Reg. 15.  
10.

*Quare non audisti vocem Domini? Quis tibi quid mihi imponit querit Rex? Imo, audisti vocem Domini & quidem bene, ad cuius confirmationem, quam primum eius intellexi mandatum, copis meis aggressus sum Amalecitas. Imo audisti. O quantum falleris, rege fallis o Rex? Noueris quod secundum Dei vocabularium, audire eius verba, non solum significet auribus illa percipere, sed illa perfecte custodire, nullam de illis mouendo questionem. Cum autem hoc non feceris, dico: Non audisti vocem Domini.*

Ps. 80. 12.

Eodem modo, vt Dominus de populo suo per Dauidem grauitèr quereret, quod sua minime seruasset instituta, sic ait: *Non audisti populus meus vocem meam.* Et nihil innocuo frequentius, atque sæpius hæc phrasia repetitur. *Si audieris vocem Domini Dei tui, si non audieris vocem Domini Dei tui.* Eo modo, quo medicus infirmum alloquitur: si audire me voluisses, iam salutem obtinuisses, & contra eum expostulari, quod præscripta sua haudquaquam impleuerit, atque illi: audire me noluisti. Hic liquido constat prædestinatorum indiciem: Audire scilicet vocem Dei ouina simplicitate, hoc est, illam exequi, & opere perficere, nulla proposita contradictione, nulloque examine, utrum bona sit, nec ne. Domine, quomodo diligam insensum mihi inimicum, quomodo inuistam mihi remittam illi iniuriam, honor meus vilescit & in oculis mundi despicior?

Deut. 28.

III.  
Qui sūt  
qui Dei  
vocem  
non au-  
diunt.

Quomodo bona illa restituoam: etenim in pauperem decidam, nec amodo per ciuitatem potero, vt feci, ambulare pompaticè? Quomodo carnem meam mortificabo: nam illa ipsa est, in qua vivo? Hancine moues voci diuinæ questionem? Signum non habes ouis illius (inquit D. Chrysostomus) etenim Deus supremus est Dominus, & Domino debetur obedientia, supremo vero Domino talis obedientia, qua nulla superior. Hæc vt sit talis, tam stricta esse debet & simplex, vt nullo modo velit examini lubijcere, utrum bonum sit nec ne, quod sibi præcipitur: utrum conueniens sit, nunc implere vel in aliam differre opportunitatem.

Hinc (teste D. Chrysostom.) supplicium illud emanauit, quo Deus virum aliquem multauit atrociter. Ad eum accedit Propheta, atque Deus tibi præcipit vt alapam mihi infringas ferociorem, quæ mihi caput collidat. *Dicit ei in sermone Domini, percutite me, & verum erat: quia certis de causis, quas Deus ita disponebat, illud sic fieri conueniebat.* Replicat vir ille, & ait: *Quoniam obsecro, rei huius utilitas, si tibi caput collidero: Discutiamus utrum hoc expediat, nec ne: nullam etenim hic inuenio conuenientiam rationem: nequaquam hoc fecero.* Sicine, respondet Propheta, subijcis inquisitioni, utrum conueniat id, quod tibi Deus præcipit vt fiat? *Quia noluisse audire vocem Domini, ecce recedat à me, & percutiet te leo.* hic te in partes discerper, eiusque unguibus dilaceratus interibis. Nota loquendi phrasim: *Noluisse audire vocem Domini: quid hæc indicas? Quia non audisti simpliciter Dei mandatum, sed illud examinare voluisti: idcirco interibis: etenim omnes Dei, sicut non examinant veritatem, vt sibi propositam ab eo credant, sic nec iustitiam eius, vt mandatis eius obtemperent. Ad alterum accedit, idemque significat, Deus tibi mandat vt mihi caput contundas. Illico tantum alter Propheta pugnum impegit, vt caput vulneraret, sanguisque fluxerit vberior percussor examinatur, at solatur eum Propheta: nihil hoc te turbet amice, salua tibi sunt omnia, vitæque tutissima: nam hæc tibi Deus impertietur: quia vocem eius quia audisti simplicitate, *Inssus à Deo.**

3. Reg. 20.  
35.

IV.  
Nō simp-  
liciter  
obediens  
punitur,  
& sim-  
pliciter  
obediens  
seruatur.

Propheta

D. Chryf. Prophetam percussione (loquitur D. Chryfost.)  
Hom. 2. in quandon. idem quod illi res. asfarda esse videtur,  
epist. ad curiosus de ea perferunt ut est, & simpli-  
Rom. cit. erit non parati. pennis ex. remas dedit: potens-  
Tom. 5. ser autem provocatus est, &c.

V. Considera, inquit D. Chryfost. Abraham  
Abraham orem Dei quam simplicem diuine voci ser-  
vt ouis uent obedientiam: dum enim illi præcipit im-  
Dei voci molare filium vnguentum Isaac, non hæret  
simplici dubius, non examinat curiosus, non mouet  
ter obedi- molestus difficultatem aliquam, ex illis quæ  
d uir. poterant proponi plurimæ, sed actum se-  
D. Chryf. accingit executioni. Non curiose de mandato  
seruatus est, sed iubentis dignitate perpensa,  
mandatum dumtaxat adimplet. Notanda sunt  
hæc uerba: Iubentis d. gitate per. p. s. Magni-  
tudinem, maiestatem, & eminentiam per-  
pendit eius, qui hoc sibi præcebat. etenim  
Deus erat, cui, sc. quia Dominus est, debetur  
obediencia: cum supremus sit, suprema illi  
debeatur obedientia, quæ omne procul abigit  
flabium, & in eo quod mandat, refundit car-  
ditatem.

29 En tibi primum iudicium satis planum &  
VI. secundum prædicatorum, illi sunt enim,  
qui Dei uocem audiunt, hoc est, qui ad amul-  
Signum prædesti- tum præcepta istius seruant, & instituta. Sa-  
natorum t si quando consilia hoc ex definitione præde-  
est per fi- signat omis. Theologorum omnium antesigna-  
cere Dei nus D. Thomas sic definit prædellinatio-  
mandata nem. Irregularitate ad uitam æternam per cer-  
I. p. q. 23. ta media. Quæ media magis conueniunt  
A. 1. & 2. ad æternæ uitæ conseruationem? Mandato-  
Mat. 19. rum Dei obliuianta. Sic Christus adoles-  
17. centi respondit interroganti: Quid faciendū  
uitam æternam p. s. habebis? Si uis ad uitam in-  
gredi serua mandata. Gradus per quos ad cœ-  
lum scanditur, sunt Dei mandata, per illa sur-  
sum ascendit & eo deuenies.

Ve opinor, alludit Dominus ad illud Da-  
uidici: beatus uir, cuius est auxilium ubi se,  
Ps. 93. 6. ascensionem in corde suo disposuit in ualle lacryma-  
VII. rum &c. ibum de uirtute in uirtutem, u. debuit  
Obser- Deus Deorum in Syon. Felicitas illi, ille, Do-  
uancia mine, tuus est amicus, quem prædestinasti,  
legis Dei tuique donis præuenisti. Quis ille adeo fel-  
est scala lic? Ille, qui hæc in ualle lacrymarum mor-  
tali. tatus in corde suo gradus disposiit & af-  
censionem. Quam uiam? Dei mandata,  
hæc etenim sunt tantorum scala graduum,  
quanta sunt, quæ nobis præcepta manda-  
uerunt. Ille, qui d. vno ad aliud ascendit, &  
Hieron. Bapt. de la Noza. Tom. 111.

juxta legis diuine præscriptum, modo hæc  
modo alteram exerceat uirtutem, crede fir-  
miter quod ad cacumen pertingeret, quo uideat  
Deum eoque in cælo perficiatur. Tutissi-  
mum hinc expandas tuæ prædellinatiois in-  
dicium. Ut tutissimum arbitris iudicium,  
quo iudices, utrum aliquis futurus sit opu-  
lens, si uideris eum, & in lucrando dili-  
gentem, & in seruando sollicitum: etenim  
hæc sunt illa media ad diuicias aptiora, nem-  
pe lucrari & custodire. & quando uideris  
aliquem optime medijs insistentem, quibus  
finis obtinetur, seruo sententiam, quod illum  
sit indubie conseruentur.

Mihi firmiter persuadere hoc fuisse primo  
intantum Prophetæ Regii, nobis in suis  
psalmis iudicium assignare, quo coniecturari  
possit, quis prædellinatus sit, & quis repro-  
batus: unde primum orditur psalmum nullo  
præambulo, nulloque titulo. Beatus uir  
qui non abiit, &c. Beatorum appellat, non  
eum, qui iam est in possessione, sed in spe bea-  
titudinis, q. d. in motu, qui firmiter spe-  
rare possit sibi que iohde pollicetur beatitudi-  
nem certamque prædellinationem. In He-  
braico primo uerbum legitur in plurali t  
q. circa, q. uerbi illius uim retinet, le-  
gunt Beati uiridinis uir, q. d. milles vocare po-  
tes uirum illum beatum, plenisque buccis  
illi suam prædicere beati tudinem, & si mil-  
le forent, omnium posse sperare fruitio-  
nem. Quis est iste o Rex sanctissime? Qui  
non abiit in concilio impiorum, &c. Sc. in  
lege Domini uoluntas eius. Ille, qui ex vna  
parte omnia uirat genera peccatorum: hoc  
enim significat: Non abiit, non peti, non se-  
dit, atque ex altera totus incumbit legi diu-  
inæ custodiendæ. Subtiliter uocauit Agel-  
lius, quod uerbum uoluntas in hebraico est  
Hapher deriuatum a uerbo, quod significat  
amate, non taliter qualiter, sed t. r. o. & toto  
corde, sicut ille, qui amore fl. grat. puellæ  
formosissimæ: u. n. enim suos ab illa ohe-  
dit oculos, erga illam totum eius studium,  
cogitatio, cordis uoluntas, qua nihil præter  
illam exoptat ardētius: quo uerbo s. Pa-  
gina uirtus, ut amor, exponit, quo Prin-  
ceps Schemorum filius Regis Erioc D. m. Gen. 34 13  
nam filiam Iacob prosequēba ur: Amabat  
puellam ualde, q. d. illi cor suum tradiderat,  
ita ut aliud illi non faceret, ad aliud non  
intenderet, aliud minime cogitaret, aliud  
D d d d, præter

VIII.  
Hoc Da-  
uid in  
primo  
psalmo  
indicauit  
Psalm. 10-

Gen. 34 13

præter illam nihil æstimaret. Figuram considera prædestinati, cuius voluntas sit in lege Domini, qui mandatis illius afficitur, velut puella purissimæ, mundissimæ, ac formosissimæ: non enim per diem aliud mente ruminat, & per noctem somniat aliud, nec loquitur, nisi de illa, nihil præter illam curat nec pedem aut manum movet nisi iuxta præceptum illius & institutum. Ille, ait

In Ps. 1.

Deut. 6. 6

Theodolet: qui implet illud à Domino constitutum, cum ait: *Evangelium verba hęc, que ego præcipio tibi domine, in corde tuo, &c. Meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. Et ligabis ea, quasi signum in manu tua, eruntque & monumentum inter oculos tuos, scribesque ea in limine, & ostis domus tue, &c.*

IX.  
Signum est reprobationis Dei legem transgredi.

Ille, qui divinæ negligit legis observantiam, inquit Danid, ille est reprobatus: *Non sic impius, non sic, sed tamquam pulvis, quem proicit ventus à facie terra.* Hęc est figura reprobatum: pulvis quem tollit ventus à facie terræ: ille, qui velut pulvis impetu ducitur suæ passionis, velut turbine furioso: ille, qui se patitur impetu rapi passionis luxuriosæ ad vides mulieris inhonestæ, ut suæ vacet impuritati: ille, quem avaritiæ ventus impellit ad vîsuras, & iniquos contractus: ille, quem procella commouet ambitionis in superbiam, vindictam & proximi contemptum. Hic congrue servit illud, quod paulo ante diximus, hoc tuum esse debere studium, non utrum te Deus prædestinaverit vel reprobaverit, sed utrum Dei præceptis obedias, vel illa transgrediaris. Mattheum dat huic proposito periculis illa Isaie Prophetæ admonitio. Erant Iudæi admodum curiosi in inquitendis rebus futuris, & secretionibus pectoris divini dispositionibus: hæc de causa serviebant incantationibus, divinos interrogabant, præsertim eos, quos dicunt Pythones, & idola consultabant, fuitque hæc una ratio, inter ceteras, ob quam illa venerabatur. Quando volueris, inquit Isaïas, futura cognoscere, & quæ Deus disposuit, certo conijcere, tibi que dixerint: consule Pythones, Aruspices interroga, quære à divinis: hæc nulla factio, & Dei legem eiusque consule testimonia. *Cum dixerint ad vos: Quæris à Pythonibus, & à divinis, &c. Ad legem magis quædam testimonium. Num inquitis, an hoc sancto sibi, vel infansio succedet*

Isa. 8. 19

omine? Quid tecum acturus sit Deus, vel agere deberet? Utrum te sit saluaturus, aut condemnaturus? Quid de te futurum sit? Quem vitam terminum sis habiturus? Illa ne quaeris à divinis & Astrologis, sed teipsum interroga, teipsum examina in ordine ad Dei præcepta: nam in tantum credere poteris, & bonos vel malos vitam tuam coniecturæ successus: in quantum legem Dei vel observaveris, vel fueris prævaricatus.

§. 12. Vocem meam audiunt. Indicium est Prædestinationis ad Dei vocem accurrere, sicut reprobationis, ad eam, quæ est diaboli sicut exponit Ieremias similitudine perditum.

**A**Lio possumus sensu verba Christi intelligere, ut nobis secundum signent indicium, quo conijciamus, quis sit prædestinatus; nempe, ad dicitur vocem eius; hoc est ad vocem Domini statim accurrere, sicut ovis ad vocem properat Pastoris. *Omnes meæ vocem meam audiunt.* Miramur omnes instinctum, quem Deus auctor naturæ filijs suis infudit, quo parentum suorum vocem intelligant, speciatu incundum est, & quod sæpius expendi ouile agnorum in quo tota die conclusi remanent, oves autem matres per pascua obambulant & pascuntur; ad vesperam autem, dum illis aperitur ouile, & balantes ingrediuntur matres, videre licet inter mille oves, agnos singulos ad propriam recurrere matrem, & quomodo illam agnoscunt? Ingridiuntur matres balando, estque tam proprius cuiusque matris ad agnum suum balatus, ut nullam sit periculum, quod earum aliquis, nisi ad matrem suam sit accusurus. Dicit mihi; patre agnelle, quis te vocem illam edocuit? Heri natus es, & vix matrem vidisti, & jam illam agnoscis? An hoc tibi Pastor vel quis alius indicavit? Dixit mihi hoc ovis matris meæ vox, quæ visceribus meis ita correspondet, ut quam primum illam audio, illam inter centum millia dignoscam. Statue ad hoc latus regem onium atque ad aliud caprarum: colloca in latere ovium hircos caprarum: & ad latus caprarum agnellos, balent oves, balent capræ, non est quod timeas hircos caprarum, ad oves recipere.

f.  
Agni ex balatu oves matres cognoscunt.

X.  
A lege Domini peccanda virum his prædestinatos.

Carfuros: etenim non est illa vox, quam audiunt ipsi, nec agnello ad captas recurfuros: non enim est illa vox, quæ ipsis satisfacit: sed quantumvis larvati essent & igno- rantes, quinam sint hirci, & quinam agnelli ex vellere, tamen illos agnosces ex auditu vo- cis, quam audiunt, & ad quam recu- rrent.

*L.A. com- ment. in Hier. 6. 17 Rom. 1. 18 Exo. circa finem.*

II. Hoc magis obset uatur in perdicibus.

Licet autem hoc cunctis commune sit ani- malibus, & anibus, potissimum tamen est perdicibus, sicut ex opinione D. Hieronym. & prius Originis hoc Propheta dixit Iere- mias: exponens naturæ secretum in perdicibus observandum. Perdix ex natura sum- moperè pullos exoptat: cum enim adeo salu- bris sit hominibus, indidit illi Deus plures concipiendi pullos appetitum: unde illis est familiare sibi mutuo ova suffurari, suisque adiungere, fouere & excludere: ex quo con- tingit aliquoties, ut vna perdix viginti sub alis suis ova foueat, quæ omnia excludit, & non nisi decem sunt illi propria. Quo- modo autem illa nutriat, vel non, est mihi incognitum: scire sufficit, quod in hoc na- tura mirabiliter operetur, sicut videmus in felibus, & canibus, qualiter catulos suos enutrit. In quo igitur cuius sint ova dignoscemus? Notate licet putamine pullos excludos, dum in perdicibus societa- tate, quæ illos excludit, quam primum sen- tiunt legitimum vocem parentum eorum quemlibet propriam matrem agnoscere, & hanc deserere, & illam sequi illi vim in- ferente voce, quam audit naturalis. Unde contingit aliquando, ut perdix quæ mul- tos excludit pullos, hac de causa ab omni- bus sola destitatur. Hoc teste D. Hieron. significauit Iereemias. *Perdix fouet, quæ non peperit. Ecce illiusus, & non in iudicio, in dimi- dio iterum suorum derelinquet eas, & in nouissi- mo erit insipiens.*

*Gen. 17. 11*

III. Deus autem dilectus est filio- rum.

*Ioan. 1. 12*

Cupidissimus est Deus filiorum & laeten- tium quibus vitam largitur æternam & æter- nam; dque tam auide, ut ea de causa tantum- modo descenderit de cælis in terram, ut no- bis potestatem daret, qua filii Dei efficere- mur. *Dei est potestas: em filios Dei fieri, &c. Et verbum caro factum est, &c.* Illud & In- terprete D. Chryl. idem est ac *Quia vel ideo: q.d. ex eo quod filius Dei naturam as- sumptit humanam, emanant, quod homo possit fieri De. filius: in illum finem, mor-*

tem passus est adeo crudeliter: *Ve filius Dei, qui dispersi erant congregaret in unum.* Filio- suos congregauit, qui sub alis perdicibus late- bant infernalis, quos mundus iniquitatibus suis atque idololatriis sibi subiecerat. Dia- bolus eodem modo omnem mouet lapidem ut nos sibi congreget, & sub alis suis hos & illos comprehendat. Hinc oritur, quod Deus plurimos habeat pullos, quos sub alis suis fo- uet, atque inter illos nonnulli sunt, qui illius non sunt per æternam prædestinationem, sed sunt diaboli per æternam reprobationem. Si- militer & diabolus multos sub alis suis fouet & enutrit, qui non sunt eius, sed Dei per æ- ternam prædestinationem: unde cognoscet quinam cuius sint? Attende ad cuius vocem accurrant.

*Ioan. 12. 31.*

IV. Etiam diabolus pullos ex optat.

V. Unde dig- noscantur

Habet Christus duodecim suos Apostolos velut ova quæ semen esse debebant Ecclē- siæ suæ, & inter illa vnum erat, quod non erat filius Dei per prædestinationem, sed dia- boli per reprobationem & hic erat Iudas: quod esse Christus primo protestatus est, ut nemo crederet, quod ipse aberraret, & non cognosceret quinam essent, quos sub alis suis protegebatur. *Ego scio quos elegerim. Nemo ego vos duodecim elegerim, & ex vobis vnus dia- bolus est? Quomodo cognoscetur? Atten- de, dum Pater illius diabolus vocem emit- tat. Congregatos habet Christus discipulos suos: venit diabolus, & ad illius cor modula- tur, expediens fore medium inquirere, quo pretium sibi compareret vnguenti: effusi à Mag. Ialena: confestim auscultat illum, au- dienque de consortio surgit Redemptoris, eiusque discipulorum & abijt, & egreditur.*

*Ioan. 6. 71*

VI. Quod vo- cem au- diant Dei vel diabo- li.

*Continuo exiit.* Illico patrem suum sequi- tur diabolus, & vnus alium sequi tur diabo- lus diabolus: quia filius erat diaboli, quod paterfecit, ad vocem eius Euro- citius accur- tendo. Hoc est quod D. Iohannes dicebat Ap- post. plures fouebat aquila illa regalis pullos sub alis suis qui audita voce hæreticorum & pseudo-apostolorum, illo cælestio teste ad hos recipiebant. Videti illos, inquit D. Ioha- nes: Ne mireris: *Ex nobis prociuerunt, sed non erant ex nobis, nam si iussent ex nobis, permanissent usque nobiscum.* Non erant illi ex filijs Dei: si namque fuissent, non illos post se vox rapuisset Satana: nam vocem suam illis indicauit per ministros suos hære- ticos.

*Ioan. 13. 2*

*1 Ioan. 2. 19.*

31 Pariter protegit multos diabolus sub aliis suis. & peccatis immeros qui filii tamen sunt Dei per prædeterminationem, sed cognoscuntur: quia a Deo acclamante confestim vocem eius audiunt, illurgunt, demoni valedicunt, & Patris sui seclantur vestigia legitimi. Quot mensibus perdidit illa tartarea sub aliis suis Davidem detrahit, &c. Et quam defes quam immemor sui, quam contentus sub illis videbat: Veram accedit Deus, & per Prophetam Nathan vicem illi vocem intonat, & verbo illo modulatur, quod illi proponit: & ecce diuini Patris sui vocem agnoscit. Satana m deserit, atque ad Deum confugit, petitque supplicet. *Sub umbra alarum tuarum protego me.*

Idem Magdalene contigit, vt mane dicendum est; idem Petro: illum etenim diabolus sub aliis suis frigidissimis continebat timore percussum: nam ad tacitam vnam vocem, qua Christus vi u suo illum alloquitur, illis egreditur: *Egressus foras senuit.* Quid de Paulo reteram: quem adeo firmiter aliis suis Satan constringerat, quam primum Dei percipit vocem acclamantis: *Saule, saule, quid me persequeris?* De sub aliis foras profilit, illum secutus ait. *Domine, quid me vis facere?* Hoc enim est, quod ait: *Continuo non acquiescit carni, & sanguini.* Hoc ipsum, vt arbitror indicauit D. Lucas accidisse postquam D. Paulus Antiochie verbum Dei disseminasset, cum plures ad conuentionem conuenissent:

*Crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* Omnes illi, quos æterna prædeterminatio in Dei filios adoptauerat, de sub aliis Satanæ prodierunt, & egressi per viam filii in Deo fideles adhererunt.

VII. Hinc auice, reipsum examines, vtrum ois sis Dei: perpende vtrum audiens vocem eius continuo de sub aliis demonis assurrexeris, & Patrem tuum secutus fueris caestem. Ignoscat mihi Deus, quot vocibus intus in corde tibi Deus acclamauit, quot motibus conscientiam perturbauit, quot pulsibus cor inqueiauit? Christiane, mente sedulus reuolue vnam hanc tibi præterlabi, caue ne forte tibi mane nullum elucescat, perpende dæmonem te expectare vt te deuoret: vt quid amiram non deseris, quæ tibi salutem, opes animamque perdidit? Vt quid minime restituro s, quo iurges, pauperum incipumque sanguinem contra te in coelum vsque vociferantem? Quæ iniuriam non remittis,

quod impedit ne à Deo indulgentiam conseruaris. Quot vocibus ore prædicatorum acclamat? Quid tota facimus quadragesima, ceterisque diebus inueneris implentes Dominicum præceptum. *Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, clamamus, & vociferamur.* Videamus an audiuit? An veltulit? An proeam dimisit? An cum fratre tuo scedera sanxisti amicitia? An peccata tua stibus abluisti? An pauperum necessitati subuenisti? Ah charissimi dicere possum illud Pauli, *Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis.* Hoc autem adueto quod vix ad Deum accurratis, vltra confestim estis peccata, & communicastis: & ecce ad primam diaboli vocem, accurratis, amittis, illico in domum illius ad vestras voluptates, confestim ad tabernam lusoriam in vestram ruinam, actum ad murmuracionem, repente ad vindictam, festinato ad vsurariam taxationem: vt merito queratur Deus, dicatque prædicatori, quod olim Moyse, qui cum parumper abfuisset à populo, confestim ille mille se criminibus inquinauit: *Recesserunt cito de via, quam ostendisti eis.* Auditis hic Dei verbum & vnam proponitis terere virtutis, vniique desistere, & egredimini ab Ecclesia, sed quam primum minima vos diaboli voce, compellat, iam vestra abducit vos sensualitas ad libidinem, iam ad illicita lucra trahit vos auaritia, iam ad vanitates pellicit vos appetitus, & ad vindictam ira vos prouocat acerbissimam.

Quoties, & heu quantis contigit quod ait Propheta Ieremias animæ econtigisse, quam in Symbolo describit oliuæ, interprete D. Gregorio. Oliuam contemplantur Propheta formosam, vberem, fructiferam, bacisique grauidam, tantumque placuit illi vt mille impertiret ei benedictiones, aliunde vox auditur incognita oliuam alloquens, & momento temporis ignem concipit oliua vehementissimum, quo tota perit eius vberitas, pulchritudo, gratæque speciositas. O malefautam oliuam! *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum: ad v. com loquela, granis exarsit ignis in ea & combusta sunt fructus eius.* Illam vt perditam reputa, quæ ad vocem adeo exiguam, quam audit, adeo vehementi flamma succenditur, vt

Isa. 58. 11

Gal. 4. 11.

IX. Pullus diaboli oliuæ comparatur Hieremia. Ho. 12. in Ezech. ad finem.

tota.



tota consumatur. *Ad vocem loquela*, *grauis exacte ignis in ea*. Sic legit & interpungit. D. Hieronym. & damnatam illam ætates antiam, in qua tam cito vox illa diaboli operatur. Quoties te conuertis ad Deum, & scelerum tuorum poenitens confiteris, plures elicit actus contritionis, vitæ proponis emendationem, mille voluntas tua floret desideris, usque piissimis, cogitas lamenta poenitentia, pauperi subuenis, adiuuas hospitale: oīua videris spei cœlestis vitæ sine speciosa: verumtamen ad vitæ diaboli voculam: *Ad vocem loquela*. Ad vnicum verbum, quod tibi per os dixit puella ad huc soluta, ad vnum signum, quod tibi significauit, ad vnam loquelam qua te ad lux pellexit venustatis aspectum, ad vnam reprehensionem lucri quatuor tetrae orum, ad vnum indicium quo tibi proponit conuenire hanc vel illam honori tuo impendere diligentiam, igne exardescis subito concupiscentia, cupiditatis, ita, vindictæ & appetitus. *Ad vocem loquela*. Caue tibi, ne sis de numero præscitorum. cum ita dispositus sis & paratus ad Satanae vocem audiendam: oues enim Dei diuinam audiunt vocem & accurrunt.

§ 13. Vocem meam audiunt. Sicut signum est prædestinati, vocem audire Dei, qui est ipsa veritas, sic est præsciti mendacis dolisque inhære, prout visio Michæa declarat.

32 **A**liud signum, intendit Dominus verbis illis indicare proposito suo cōuenientius quo oues designat, & confirmet Iudæis eos ex illis non esse: *Oues meæ vocem meam audiunt*. Gravem cum illis haberat contentionem: & illi multum suam extollebant dignitatem, dicentes: filij sumus Abraham, de quo multam habuere inter se questionem, & tandem aperte dixit illis Christus: vos Abraham non estis filij sed diaboli, *Vox ex patre diabolo estis*. Probatque illis hoc quia vocem eius non audiebant, nec fidem verbis adhibebant. *Non credidit: quia non estis oves meæ*. Si namque ex illis electis, audiretis vocem meam, quia *oves meæ vocem meam audiunt*.

Christus & diabolus sunt sibi mutuo contrarij: Christus est ipsa veritas. *Ego sum via, veritas, & vita*. Eius verba adeo vera sunt, vt prius terra cœlamque deficeret, quam minimum eorum interiret: & ideo de cœlo descendit in terram, vt eam doceret & prædicaret. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati*. Hinc collige, quod omnes, qui Dei sunt, audiunt vocem eius. *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam*. Diabolus est ipsum mendacium & fraus, fallax & mendax: pater fraudis & mendacij. *Cum mendacium loquitur, ex propriis loquitur: quia mendax est, & pater eius*. Ex his sequitur quod illi qui filij sunt diaboli mendacium audiunt, & hoc illi quadrat, a que in illis locum habet & mansionem. Indidit ipsa natura (recte D. August.) filius quandam cum parentibus conformitatem: etenim nihil magis conuenit filiis, quam parentum conditiones: leuculo receris edito accrescunt vngues, fortitudo & parentum suorum pectoris robur: agno statim excreuit alba blandaque lana, qualis est ovis, ex qua gignitur: lupo nihil magis conuenit, quam voracitas: cum hæc sit parentibus illius naturalis. Veritas Deo est naturalis: etenim est veritas per essentiam: vnde nil magis eius quadrat filiis & eis fixius inhæret, quam veritas. *Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam*. Sed nec aliquid est, quod filiis diaboli magis conueniat, quam illud, quod ipsi adeo proprium est, & malitiæ suæ naturale, sicut mendacium, quandoquidem proferre mendacium, sit naturale daemoni.

Hic attende signum ouium Dei hoc esse, vt amice sint veritatis, hanc audiant, hæc illis inhæreat, hæc apta conueniat: nunc autem vt cognoscas, verum ex illis sis, perpende num veritatem frequentes vel mendacium: verum tuus agendi modus simplex sit, & candidus, sicut ouium, vel subdolos & fraudolentus: quod si ita sit time, ne sis de numero Præscitorum. Iudæos attende in quibus D. Ioan. nos talium proponit imaginem: quam pleni sunt duplicitate verbis subdolis, & astutis intentionibus. *Circumdeverunt eum Iudæi dicentes: Si tu es Christus ille nobis palam*. Circumdeverunt eum, quasi illum vellet apprehendere, & fraudibus irretire: quod iam impossibile est, vt nobis elabatur. *Coronaciogunt illum admirabili, quia reprobus oīua*

I. Christus & diabolus sibi sunt contrarij: Christus veritas, diabolus mendacium. *1 Ioan. 18. 17. 10a. 3. 44.*

Lib. cont. Mendac. c. 4.

1 Ioan. 18. 37.

II. Iudæos fallacia.

Saul Dauidem circumcingebat : etenim co-  
pis suis Dauidem in monte sic concluso-  
rat, ut nec in vnam, nec in alteram desle-  
te partem posse videretur, nisi cum passeri-  
bus iustum per acra alis instructus euola-  
ret : Quosque animam nostram tollis, &c.  
Euge Domine, simus amici, & pacifice  
questionem nostram dirimamus? sanum  
est nobis desiderium, & opinio, quam de te  
habemus, adeo præclara est, ut animo  
proposuerimus ea sequi, quæ nobis indica-  
ueris, Non inferiora de tua credimus vitæ  
sanctitate, quam de moribus Ioannis Bap-  
tistæ, nam cum tanta fulgeret opinione san-  
ctitatis, ut multi eum esse Christum opina-  
rentur, tandem conclusimus illum accedere,  
quatenus ex ore suo nobis veritatem, sicut &  
fecit, explicaret.

Opera tua cernimus admodum prodigio-  
sa, & doctrinam tuam intelligimus supra  
modum admitandam, unde populus hæ-  
ret anxius, vtrum tu sis Messias, vel non :  
& toties quoties te de hoc percunctati su-  
mus, respondes metaphorice, & verbis equi-  
uocis, adsumus animo parati is, quæ dixe-  
ris consentire, & tantum expectamus ut a-  
perte nobis loquaris, ne nos (amabimus)  
detineas suspensos: Si tu es Christus dic nobis  
palam.

Notandum ex D. Augustino proprium  
fuisse Iudæis vocare Christos ipsos Reges  
& Sacerdotes: etenim Christus vultum si-  
gnificat, & apud Iudæos Sacerdotes tan-  
tum & Reges vagebantur, quia vero scie-  
bant quod Messias, quem expectabant, fu-  
turus esset supremus Rex, & summus Sacer-  
dos: nomen magis commune, quo illum  
declarabant hoc erat, Christum eum appel-  
labant. Hoc nomen in illa gente per illas lit-  
teras & sciebatur, & expectabatur: nam nul-  
la alia gens Reges & Sacerdotes suos Christos  
habuit, & vocant: quorum significatam  
unctionem cessare fas non fuit, nisi eum ille  
venisset, qui in eis prænuñciabatur. Sic enim  
Iudæi non erant Christes sui, ut tamen omnium  
sperarent, per quem liberarentur. Itaque no-  
mine illo prolato absolute significabant Mel-  
siam, qui Rex futurus erat eminentissimus,  
& Sacerdos supremus: unde perpendit D.  
Augustinus, quando legatos suos ad Ioannem  
destinavit, ut interrogarent eum an Mel-

sias esset, percunctati sunt, an ipse esset  
Christus; & D. Petrus D. Andreas & D.  
Philippus quando in principio Saluatorino-  
stro occurrerunt, dixerunt Nathanaeli: Inve-  
nimus Messiam quod est interpretatum Chris-  
tus: & quando tempore passionis suæ con-  
gregatis omnibus in concilio Sacerdoti-  
bus & Principibus, ab eo ipsi conati sunt  
extorquere, ut publice fateatur vtrum Mel-  
sias esset hoc modo interrogant: Si tu es  
Christus, dic nobis. Hoc igitur est quod mo-  
do dicunt, si tu es Christus hoc est Messias  
quem expectamus, Rex supremus, qui  
nos sit liberaturus, & summus Sacerdos,  
dic nobis palam: etenim nihil aliud expecta-  
mos.

Nobiles illi & milites Ducis Iehu tan-  
ti illum faciebant, ut quam primum ipsis  
asseruit, quod diuino esset ordine victus  
in Regem, omnes abiecis pallijs & ad  
pedes eius prostratis, eum ut talem adora-  
uerunt (ceremonia hæc erat illo tempore in  
tali frequens occasio) idem & nos sumus  
præstaturi.

Quid conquæreris quod te, ut talem non  
veneramur & accipimus si nobis aperte mi-  
nime loquaris? Vah proditores, filij dia-  
boli præfectorum & reprobatorum exam-  
plar, omni dolo & usquitia duplices: ete-  
nim vos probe nouit, qui, quasi vos præ-  
fens aspiceret sic ait: Mellis sunt sermones  
eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Quod o-  
leum adeo suauis & blandum quod verbis  
his posuit equiparari? Noueris igitur pectus  
eorum esse pharetram sagittarum, quibus  
cor illi transigere moluntur. Non veritatem  
desiderabant (inquit D. Augustinus) sed calum-  
niam præparabant. Circumdederunt eum, ut  
suo iudicio, laqueum non posset effugere.  
Circumdederunt eum, vel hic nobis respon-  
debit affirmatim, quod ipse Rex sit Mel-  
sias, vel nobis respondebit eo modo, quo  
Baptista respondit, quod non sit Christus,  
vel nos repellat, dicendo, se nolle nobis  
respondere: quod si dixerit: vobis nolo re-  
spondere, dicemus, quod iniuste conquæ-  
tur, quod non faciamus illud, quod ipse di-  
cere non vult interrogatus. Si dixerit: non  
sum ego Christus, opinionem erademus  
quam in populo habet, quod Christus sit:  
quandoquidem ipse saniora docet, Si di-

Ioan. 1. 41.

Luc. 22.  
66.

33

IV.  
Iudæi  
calum-  
niam  
Christo  
parabant

D. Aug.  
tract. 48.  
in Ioan.  
circa fi-  
nem T. 98

III.  
Quid  
Christi  
nomen  
signifi-  
cet.

D. Aug. 1.  
1. cor. 1.  
Falsum  
e. 4. &  
1. 13. c. 2.  
T. 6.

Et ait, ego sum Christus, ad manum habemus, quo perdamus illum, apud Imperatorem accusando, vel Pilatum præsidem, obediendo: ut rem serio pendat, hominem hunc iactare se ut supremum Regem: proinde cauendum ne vexillum contra Cæsarem erigat seditiosus.

Rom. 12.  
de inuidia

O diaboli filios, qui sub comiciis his verbis mendacia vestra, & traditiones occultatis. Composuit D. Basil. iuculentissimam homiliam de inuidia atque inter alia, hoc asserit de illa, quod principalem habeat filiam, dolosum duplexque mendacium: cum enim illa sit ignaua, & vecors, vel itque nocere aliis, nec aperto hoc agere Marte præsumat, fraudibus id conatur effecere deceptiois: Et hinc intelligitur, quod diximus, dominum asseruisse de diabolo, quod pater esset fraudis & mendacij: cu a prima fornax & confactorum inuidia, peccus fuit Sarana: ut alias exarauimus: & cum ille vecors sit, & imbellis animi, qui aperte nullum aude impugnat, ad fraudes confugit & constat mendacia, quibus procedit hominemque aggre ditur.

V.  
Diabolus mendacius omnia peragit.

Creauit Deus primauos nostros parentes donis & gratis eminenter instructos, ut sedes illas impleant, ex quibus Lucifer eiusque consortes exciderunt. Quam primum illos vidit in paradiso, feruentiori cepit contra illos inuidia stimulari. An ergo vilissimi illi terra cespites ad tantam attollendi sunt, quam nos perdidimus, altitudinem? Perdere conatur illos, nec hoc aperte præsumit: etenim illum ad malas aues pro merito reiecerent. Imperator suum fraudibus aggre ditur & mendacis, eo sine præsidio sibi sumpsit animal astutissimum nempe serpentem. Sed & serpens collidit erat cunctis animantibus

Gen. 3. 1.

Sup. 1. 24.

VI.  
Inuidia vitium diabolo propriu.

Hoc idem hodie faciunt eius filij, atque in hoc cognosces, si Spiritui S. credis, quinam illi sint: Imitatur eum qui sunt ex parte eius. Multorum pater filiorum est diabolus: sed potissimum eos esse sentio, cum D. Basil. liquidos & inuidos: est etenim inuidia semen

proprium ex quo illos excludit si similes. Illi rabie liuidi proximum suum inuestere desiderant, nec facie ad faciem & aperte præsumunt accedere: nam inuidia, quantum crudelis est illi, qui ea torquetur, tantum imbellis est contra eum, in quem commouetur: vnde ad constatorum dolorum fraudumque confugiunt. Illos hic considera, quibus Christus dixerat. Vos ex patre diabolo estis, & desideria eius vultis facere. Ipse statim in mundi primordio tabescens inuidia mortem hominis machinatur, fraudes inuestens dolosas, & mendacia fingens, infernalis ille homicida erat ab initio, hoc ipsum vos agit. Diabolica contra Christum ardebant inuidia dum magnam eius apud vulgus audiunt opinionem, videntque reuerentiam, quam sibi ex operibus conciliauerat, sic ut cum totus sequeretur mundus: hinc illud eum occidendi desiderium. Aperte non audent eum aggredi: etenim timebant plebem, magnumque illud nouerant fore flagitium, quodque totus in eos pro Christo mundus, insurgeret: idcirco ut filij diaboli verbis videntur implicitis & captiosis, quæ blanda videntur, suauia, & magnam Christo submissionem demonstrant: intus tunc autem erant sagittæ, quibus eum confingere conabantur.

Ion. 3. 4.

L. 3. Mor. c. 12.

Illos considera, cum D. Gregor. quales accedunt, quam duplicibus & dolosis Christum verbis alloquantur. Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. O quam formosus verborum apparatus? Eia Domine, familiariter agamus & amice, nolimus amplius nos illi opponere, quod de te clare manifestatur: Si tu es Christus, dic nobis palam. Quanta verborum elegantia! quam solidam videntur adferre rationem: talis mea sit salus, qualis secundum apparentiam, iusta est vestra petio. Porro quæ peior potest esse petio, quam hæc, quæ sub hoc pallio delitescit: ad viuum illos depinxit Isaias, teste D. Gregorio hanc proditorum colluuiem inultus. Ibi cubauit lamia & inuenit sibi requiem. Lamia dolum significat, & dupliciter. Est etenim animal vultu muliebri formosum, adulatorium, & applaudens, ut nonnulli placere velle videatur & ab blandiri: in se autem est animal, atque sub illa

Ps. 32. 14.

VII.  
Iudæi lamia: cōparantur fraudulenti.

illa facie cor occultat trigide crudelius : noe, enim intendit aliud, quam illum ipsum cui blanditur, in froita parietque de- cespere. Talis erat maleficus ille po- pulus. In illis cubabat lamia frous, & aspiciat : nec enim aliud cogitabant, aut aliud intendebant, de quibus satis abunde sacra scriptura, contra quos ut tales Deus amarius expollulat.

34 Nunc illos attendamus filios diaboli, symbolum Præscitorum; quam formosam, gratamque præferunt faciem: sed quam maledicto corde seviunt: *Circumdederunt enim*: congrue dicere licet Salvatore, ex mente D. Gregorius cum Davide: *Circum-*

D. Gregor.  
Hom. 9. in  
Eze. b.  
Ij. 17. 12  
VIII  
Similiter  
& pi-  
bus.

Ej. 14. 1.

*dederunt me sicut apes. Habet apes mel in ore & acul unum cunctisum.* Nota symbolum præ- scitorum. Porro Domine mi, oves tuas quales sunt? *Oves meæ vocem in unum audiant.* Similiter & sine ulla tractant duplicitate veritatem. Intendebat David à Deo in- quirere, quinam essent prædestinati, & unde dignosci posset de quo tale quid diceret consistere: quocirca ad Deum recurrit, ut hoc sibi revelaret etenim hoc ille solus, qui novit, potest aperire. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Qui quis requiescet in monte sancto tuo?* O David, hoc est, quod ipse de me scire & opere desidero: uti um sim cælo prædestinatus. virum illud sim ingressurus: & quandoquidem à Deo illud in- quitas, videmus, quid tibi respondeat. *Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua.*

Speciare videtur, ut notat D. Basilius an- tiquum tabernaculum, strictissime conclu- sum, quod nullus, nisi summus sacerdos, in- grediebatur vestibus ornatus ut pretiosissi- mis, ita mundissimis: inter istas autem eminebat super pectus eius rationale, quod erat lamina quædam aurea, cui verbum hoc erat insculptum: *Veritas q. d. huc non ingre- dietur, nec ingressus concedetur illi qui ve- ritatem non loquitur, & simplicitatem.* Quoniam hoc declarare voluit Angelus D. Ioan. si pernam demonstrans illi civitatem, in qua regnat veritas, & quæ à Deo per Zachariam vocatur: *Civitas veritatis*: cum autem D. Ioan. sine præoptaret, quibus illam ingrederetur, respondetur illi: *Non intrabis in eam aliquid conquiriturum, &c. Facies*

Hom. in  
Ej. 14.  
IX.  
Sacerdos  
eui in la-  
mano ge-  
re. et  
scriptum  
veritas.  
Zach. 8. 3.  
Apo 27.  
27.

*mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vite Agui.* hoc est soli prædestinati q. d. nihil illis magis alienum quam mendacis, dolis, & fraudibus irreti.

Ut optior casum illum tangit ostendit quem sacrum refert eloquium. Gra- titer Deus peccatis impissimis R. g. s. A. hab irritatus eius meditatur poenitentia, & hoc supplicium suo revelat Propheta Mi- chæa visione quadam admiranda: nam rap- tus spiritu in cælum inuenerat Deum throno suo residentem cum non cunctisque cælestes spiritus, & innumerabiles illos Angelorum exercitus illum circumstantes ac circum- stantem, quosdam eorum ad dextram, & ad sinistram alios, quem sic Deus affatur: decrevit, conclusum est, regem illum punire sacrilegum, ut descendens in prælium superiret, [a] & querendo lanam ipse con- deat. rj. cia igitur ex omnibus vobis hic ad- stantibus. *Quis decipiet Achab Regem Israel ut ascendant & cadat in Ramoth Galaad? Au- dit Michæas omnes illos angelicos spiri- tus Deique milites varios obicietes mo- dos decipiendi Regem, at nullus eorum po- tuit fraudem dolumque componere. Permi- sit Deus, ut inter illos malignus adisset quidam spiritus, ingreditur hic & ait: hoc me nemo fecerit apertus: illum mihi tra- de, & actutum illum rebus dolisque in- tricauero: Ego decipiam illum Cui Deus: qua ratione hoc effectus? In mundo multi sunt mihi ministri, qui aliud nihil nisi decipulas fraudesque moluntur: ego ex his v- num incitabo, & duobus verbis quatuer concludet mendacia: ac si regis se Regis contumodo consulere rebus delusum im- plicabit. Respondit illi Deus: v. de age: etenim facultatem tibi ad hoc concedo plenariam. Quis non stupeat, inter tot Angelos tanta sapientia præclaros, tanto illustres intellectu, ut eorum min- imus plus noverit quam inquam intellexit Salomon omniseve Philosophi: qui ino quam omnes homines capiunt, & damo- nes quantumvis sint fallaces, nullum inveni- ri qui possit componere mendacium, frau- dem neclere dolumque consingere? Quod- que in hoc plus neverit vel parvus diabolus quam omnes illi licet simul adunati? Quis igitur plura capit, diaboli, an Angeli? Plura*

X.  
Achab à  
pseudo  
Propheta  
fraudibus  
irretitus  
occiditur  
  
(2) yendo  
por lana  
quæ de  
traquil-  
Lido.  
4. Reg. 22.

XI.  
Damo-  
nes non  
Angeli  
norunt  
fraudes  
neclere.



norunt Angeli præsertim cum ad eorum naturalem scientiam adiungatur scientia gloriæ quæ tanta est: vt plura nouerit ille qui minimum possidet gloriæ gradum: quam ceteræ omnes creaturæ, licet inter illas Lucifer annumeretur qui in scientia naturali reliquos omnes antecellit.

XII. **A** celo exulat omne mendacium.

*Apo. 14. 5.* **H**oc est quod dico quod ab illa ciuitate ita procul ab sit omne mendacium, sique adeo proprium illius incolis profari veritatem: vt licet omnes in vnum conueniant eius incolæ, componere non possent vel vnam decipulam aut vnum proferte mendacium. Huic facis conuenit quod Angelus D. Ioanni demonstrauit vidit enim hic agnum in montis vertice & cum eortubam innumerabilem, cui cum Angelus exponere vellet quinam essent isti, sic ait: *In ore ipsorum non est inuentum mendacium.* Habes hic conditiones eorum qui eò ascendunt: vt in eis nullum arguatur mendacium, nec in ore duplicitas: quod fieri sic oportebat: iam enim audierat Diuus Ioannes præconem Angelum exclamantem, dum illi supernam hanc proponit ciuitatem: *Fortissimis qui amat & facit mendacium.* Te ipsum per hoc signum examina, & vide num omis sis Deipendente vtrum amicus sis veritatis, ipsaque in te requiescat & cum omnibus illam loquaris. Bone Deus: hoc concessio, heu quot suam possunt timere reprobationem, si ad hoc attenditur iudicium. Quale est tuum sine fraude negotium? Quid procuras amplius, quam pauperem iurare cui sanguinem exlugas inuisibilis? Tu vero quid animo facis feruentiori, quam innocentem decipere puellam, tuis studens ganeo voluptatibus, quam falsiloquis mille decipis promissionibus sicut serpens Enam seduxit infernalis:

*1. Ioa. 3. 12.* **Q**uid maiori laboras efficere sollicitudine quam mille protestari blanditiis, & exaggerationibus, quod illam vna charitatem habeas, illique velles animam eripere. Aptè dicere potuit Diuus Ioannes. *Mundus totus in maligno positus est.* Quod aliqui interpretantur: in maligno in dolo quod sci. mundus totus fingendis mendaciis, dolis, fraudibus & proditiionibus occupetur. Hæc ciuitatem in qua moramur, quam appositè de te dixisse potuit Propheta regius, quod de alia dixerat: *Non defecit de plateis eius vsura & dolus.* Plena sunt fraudibus fora tua, foenerationibus, vsurisque pallatis. Hanc perambula basilicam: deinde illa perambula prætoria percurrere tribunalia, procellus illos criminales & ciuiles *Hieron. Bapt. de Lanuz. Tom. III.*

attende, plateas visita in quibus sibi sedem dolus fixit & mendacium. An esse vis ouis Dei? Primum est vt amicus sis veritatis & simplicitatis. Hæc etenim prima est, quam Apost. nis inungit qui Christum induunt, & illius esse desiderant. *Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo.*

§. 14. **V**ocem meam audiunt. Iudicium est prædeterminationis interrogare eum simplicitate ad audendam veritatem: & reprobationis cum fictione querere tantum ad suum intentum, sicut illi. *Optimo corde percunctare, monente te Spiritu S.*

**A**ttentius hæc Christi verba perpendens: *Ouis mea vocem meam audiunt.* Inuenio & aliud hic signum contineri prædestinatorum, quod cum in his non reperitur, illos Iudæorum Diu. Ioannes nobis vt symbolum proponit præ-interrogando: *Si tu es Christus, dic nobis palam.* Ollen-rogando deus illis quod cordis intelligeret dupliciter & viscerum eorum perversitatem, qua accedunt tas. & interrogant, non vt veritatem audiant & discant, sed vt ipsis pro voluntate suoque desiderio respondeat, ita vt ex responsio eius ansam accipere possint eum occidendi. Percuntantur eia, Domine solue dubium nobis, quo tenemur suspensi circa tuam personam, *dic nobis palam*, amone larnas, tolle metaphoras, si tu es Christus. Videtur eorum petitio consona rationi: quan diu enim legatus claris illis non responderet, quibus interest illum vt talem recipere, dicendo quis sit, non vacat ratione, si illum non respiciant, aut vt talem habeant, nec iusta ille potest ad hoc adferre querimonias. Intelligimus (aiunt illi) quod te proponas vt Messiam in concionibus tuis populo propositis. Hoc parum ad rem pertinet: non enim ad populum spectat vulgarem hæc examinare, nec vt talem te recipere: vt enim vulgus est, potius illi dat occasionem, vt volendo te recipere tanquam Messiam seditionem commoueat insolentem, qua omnes percamus. Nobis incumbit, qui principes sumus, & superiores, primario recipere Messiam, illumque vt talem populo proponere: hoc enim prædixit Dauid: *Suspiciant montes pacem populo, & collis in-bstitiam.* *1. Sal. 72. 3.*

Quando Baptista Ioannes cursum suum inchoauit, multi de populo Messiam illum esse ediderunt.

E e e e e d d d d d

diderunt, quo factum est ut populus vesteretur in seditionem, fuitque sapientissimum remedium, quod concilium nostrum determinavit, ut aliqui ex Dominis illis Baptistam de hoc plenius interrogarent, & ecce quiescunt omnes, sedantur tumultus, & plebis altercatio. Idem modo notamus in populo circa personam tuam: unde statim eodem vi remedio: quocirca nos ipsi de hoc certiore volumus verificationem, vtrum Christus sis. *dic nobis palam*: si namque nobis aperte hoc revelaveris, & omnem abstuleris æquinoctiationem, laborabimus ut in hac populus ille confirmetur opinione. O proditoria vulpes quid mente voluitis, an putatis quod vestra percipiens verita cordis vestri minime cognoscat peruersitatem? Optime vestram notum, ait illis Dominus, & qua venitis & quam adfertis animi duplicitatem, satis aperte vobis loquor, sed hoc vobis non placet: ut enim simplex non est vestra interrogatio, vobis nullum quadat sedetque responsum: quod licet clarum sit, vobis tamen non videtur vestro convenire proposito atque intentioni: tale namque velletis audire, ex quo possitis ansam arripere in me insurgendi, vitamque adimendi. Non auctis nosse veritatem, sed calumniam mihi præparatis. Hoc est, quod illis volebat indicare: *Loquor vobis & non creditis: quia non estis ex ovis meis: Oves mea vocem meam audiant.* Oves meæ simplices sunt, nec aliud ore quam corde proferunt: unde dum illis clarè loquor, simplicitè & sine Amphibologia, illis vox mea satisfacit: vobis autem nequaquam: cum enim duplici queratis animo; ut me laqueis innectatis; non vobis hoc quod dico satisfacit nisi vobis respondero eo modo quo vestrum possitis exequi desiderium.

**II.** Hoc liquidò constat in eo quod Salvatore contigit, quando illis palam locutus est: etenim non hoc crediderunt: hoc enim hæc verba sonant: *Loquor vobis* q. d. sæpè sæpè vobis locutus sum. Aperte loqui cepit, postquam apud pſcinam paralyticum erexerat in pedes: nam ut responderet illis ad obiectam calumniam, quasi Dei legem infringeret de festorum observantia, cum homini illi præcepisset ut grabatum suum tollens per civitatem deferret, quod illi lege divina iudicabant esse prohibitum, cepit se Dominus manifestare, & illis aperte loqui se ipsum ut verum declarans Messiam, & filium Dei naturalem, argumenta producens ex ipsa lege efficacissima. Evidenter & explicitè loque-

batur illis sed non solum illi non crediderunt, sed insuper coacto concilio determinatum, ut eum in ius vocarent, diemque dicerent tamquam blasphemum, & eo vique negotium effebuit, ut Christum coegerint illinc excedere, eoque deferere.

Dominica præterita vidimus, quid cum illis ipsis actum sit: nam in templo convenientes quæstionem illi movent, & percontantur, ut dicat: ipse quis sit, an ipso Abraham & ceteris Prophetis superior: quandoquidem illis hoc videbatur velle significasse. Clarè respondet illis, & addito iuramento confirmat se esse. *Amen dicitur Ioa. 8. 58.*

*co vobis, antiquam Abraham fieri ego sum.* Illi eo se inclinant & lapides arripiunt, quibus eum præfocent, ita ut Christus sese subdaxerit atque de templo profugerit. In quem ergo si-  
**III.** nem hoc interrogastis? Ea nocte, qua captus est marit ex eum in concilio staret omnium Principum, Sa- eo quod cerdotum, Seniorum & Doctorum, & illi in Christo causa eius progredi tentarent, eum interrogant, contigit.

ut dicat quis sit? Tacente verò Domino sum- mus assurgit Sacerdos, atque illi? *Adiuro te per Matt. 26. Deum vivum, cuius munere fungor, ut dicat nobis si tu es Christus,* populo hæcenus prædicasti rudiori & ignoranti, & præclara multa de te promulgasti. Hæc parum ad rem proficiunt. Adsumus hic principes, quibus si ex Dei nomine veneris, tibi incumbit loqui explicitè. *Dic nobis.* Respondet illis Dominus adeo clarè, sicut Evangelista scribit Marcus: *Ego sum: potestis fari Mar. 14.*

clarus? Quod inde propositum: ut omnes in illum assurgant & tamquam blasphemum accuserent, cui ut tali iniiciunt ipsi manus, alapis eum cadentes & in faciem eius expulserunt. O pſime Deus qua quæro de causa, hoc ab illo quæsitistis? In quem finem voluistis ut vobis clarè loqueretur? Et hodie quidem cum ab eo sciscitaretur. *Si tu es Christus dic nobis palam,* illisque Dominus palam responderet, quod ipse Christus esset, Deique filius, unus cum Patre in essentia. *ego & Pater unus sumus.* Confestim ad lapides confugiunt, & saxa, quibus eum opprimant, ut blasphemum. O diaboli filios in quem finem est interrogastis, an ut respondente illo vobis euidenter, rebelles in eum assurgeretis? Opprobant illi liberè posse dicere, quod Christus non esset Messias: & sibi persuadebant hoc se plenaria posse facere potestare, si Christus illis dixisset aliquid quo se non illum esse significaret, vel se ipsum à dicendo excusaret: etenim ex hoc in medium prorumperent, totique populo notum facerent.

erent, quod iam ex ipsis haberent ore veritatem. Si non respondet illis iuxta eorum desiderium, turbantur, & in illum grauius commouentur conaturque eum lapidare: ad quid ergo illum interrogatis? illum interrogant, credendo, quod illis pro voto suo responderet.

IV. 36  
Symbolū est hoc præcitorum.  
Pro. 18. 2.

Habes hic præcitorum symbolum: homines qui totam vitam suam transigunt in interrogando; non ouina simplicitate, vt planum audiant responsum, sed duplicitate fraudeque vulpina, vt illis secundum eorum desiderium respondeatur, quo eorum satishat desiderio & passioni. Optime dixit, hic Spiritus S. Non recipi stultus verba prudentia, nisi ea dixeris, que versantur in corde eius. Licet autem nomen stulti cunctis conueniat peccatoribus, magis tamen proprie ita perficitur frontis & obstinatis peccatoribus, vt quis timere possit ne inter præcitos annumerentur. Sic illos Christus descripsit in quinque virginibus illis fatuis & reprobatis. Ille qui talis est, quando sciscitatur, non illi placet responsum, in quo veritas illi aperitur, nisi suo desiderio correspondeat: quia non inquirat vt sciat, quod scire tenetur, sed vt id, quod pretendit exequatur. Qua ratione respondendum est aperte & omnis metaphoris illis, qui veniunt laruari, & malitiam suam gerunt absconditam, vt dato responso, non qualiter eorum desiderio, aua sumant in respondentem?

V.  
Iudæorum, in interrogando Dominū, peruersitas.

In diebus Ezechielis Prophetæ accesserunt primates populi Sacerdotes & seniores, vt à Deo requirerent, diceret ipsis candidè & sine furo, quid ab illis exigeret, quod actū illud imple- rent, quod si vero moras traherent in perficiendo, ratio non esset alia, quam quod clarè & aperte illis minime loqueretur, quamuis autem hæc ore promerent, nihil minus tamen corde deside- rabant, sed suis inharere nequitiis, sequi cupiditates, fraudesque sectari. Ceterum per hoc vole- bant vt omnes intelligerent, quod iam ex parte sua facerent quæ possent, nempe ab illo require- rent, vt suam illis patefaceret clarè voluntatem. Aduocat Deus Ezechielem, atque illiquid tibi Prophetæ de populo illo videtur? Perpende qua- les veniant me interrogaturi, cum nihil magis distet, quam sint verba ab eorum corde disiun- cta. Quid censes mihi agendum? Accurrunt, vt illis meam clarè proponam voluntatem, quid ab illis requiram faciendum. Quando hæc accedunt dicuntque tibi se velle mihi loqui, dic illis, an illis hoc æquum videatur, vt taliter mecum agant verispelles? Etenim vivo ego, quod si ve- nerint interrogaturi, non ea insatiatione, vt sciant

quid illis sit agendum, sed vt suæ colorem ap- pingant malitiæ, quod illis non sim aperte res- pondurus, sed tale quale merentur pronuntiabo responsum: *Filij hominis, loquere senioribus Israel* Eze. 10. 2. *& dies ad eos: hæc dicit Dominus Deus: Numquid ad interrogandum me vos venistis? Vivo ego, quia non respondebo vobis, dicit Dominus.* Ad quid veltris respondebo petitionibus, si responsum non que- ratis aliud, nisi iuxta vestri pectoris iniquitatem? Quo sine vobis sincerè & candidè respondebitur, si hoc futurum sit, vt lapides accipiat, & in respondentem vobis irruatis, si vestro hoc non placeat appetitui?

Notissimus est ille casus, quem refert Spiritus S. de Achab Rege Israel: cum enim exerci- tus S. de Achab Rege Israel: cum enim exerci- tum in campum educeret quasi sibi subiuga- turus ciuitates, à Rege Iuda Iosaphat petiit sup- petias; ambo igitur Reges mutuas inire co- ptas, magnumque constarunt exercitum. Ante- quam in aciem prodirent: Rex Iosaphat vt erat inter- vir sanctus, sic Regem Achab alloquitur: Domi- ne mihi Rex grande nimis iustum hoc est in- tentum, fraderet æquitas, Deum in concilium aduocare, cui sic Achab iam illum consulit, ete- num hic habeo quadringentos Prophetas, & cer- tam pollicentur mihi de hoste victoriam. Repli- car Iosaphat. Non sunt illi Prophetæ Dei Israel: An aliquis hic est vates Dei Israel, quem ego venero & à quo possumus interrogare sermo- nem? Est vique, inquit, hic homo quidam im- becillus & vecors, quia vero nunquam mihi ad mentem respondet, execror illum, vocaturque Michæas: aduocetur. Aduocant illum dicunt- que: negotium attende, ecce te Rex vocari iussit, & hoc prænoueris id quod à te sunt quaesitura iam calculo quadringentorum Prophetarum v- nanimi esse conclusum, & expedite vt tuum ab eis non discreparet iudicium. *Ecce sermonis Pre- 3. Reg. 22.*

*phæi, in ore vno Regi bona prædicant, sit ergo ser- mo tuus similis eorum, & loquere bona.* Accit Michæas, quærit ab illo Rex Achab: vtrum con- sultum foret, se certamini committere: respon- det Michæas: vti que & prosperè cuncta eueniet: hoc autem gestu quodam dixit, & modo loquē- di, vt Achab satis cognosceret, quod in sermōe lo- queretur. Assurgit & cum eo grauius agit: atten- de Pater quid loquaris non ioco sed serio loqua- mur. Iterum atque iterum adiuro te, vt non loqua- ris mihi, nisi quod verum est in nomine Domini. Sit ira, respondet Michæas: quandoquidem à me clarè requiras, clarè tibi respondebo: Dico igitur aperte, quod si in prælium descenderis fini-  
Eccc 1. stro

stro Marte configes, tuus cadetur exercitus, populus dissipabitur, nec aliud ex bello referes, quã tu nominis ignominiam: sic enim mihi Dominus revelavit, omnesque tui te Prophetæ decipiunt. Cui Rex iam & hoc noueram, quod mihi non aliud esses responditurus, quam quo mihi displiceres. Vnus autem ex assilensibus credens se gratum Regi facturum, at tollens manum alampain insingit Prophetæ duriorum. Si hoc igitur acturus esses, dum ille clarè tibi respondet, ad quid perunculatus es, vatemque adiurasti, vt tibi clarè responderet? Erat Rex ille reprobatus & perunculatus est, non vt veritatem addiceret, sed vt voto illius responderetur, illudque Prophetæ dicto subiret.

VII. Talibus scater mundus.

O quot tales sunt in mundo. Quoties fornicator interrogat an herum illud sit licitum, an lucrum liceat collere ex quatuor vel sex mensium remora solutionis? Quoties Theologum consulit, quoties Canonistam? Et nihil minus intendit, quam nosse veritatem: nec enim sibi satisfactum esse credit, si non ad palatum ei respondeatur, nec aliud acceptat responsum, vt in eo confirmet hoc quod optat, & facultates operæ retineat, quandoquidem illi dixerint, quod possit: & si cupiditati illius minime respondeant, queritur eos esse scrupulosos, & semper nunc ab vno nunc ab alio inquit, donec inueniat, qui respondeat congruenter eius libidini, maloque desiderio. Non suscipit verba prudentia, nisi ei dixeris, que versantur in corde. Quam frequenter alter inquit, vtrum promissis tuis stare teneatur, quibus puellam circumuenit: iam enim rei casum illo describit modo, iam altero: nunc hanc adiungit, nunc alteram circumstantiam: & nihil minus exoptat, quam scire, quid sibi sit agendum: hoc vnum cogitat vt illi dicas aliquid, in quo suum possit fundare desiderium, vt suæ lapsifaciat fertiarque cupiditati.

37

VIII. Duo sunt dno nobis sibi propria proponit sequenda consilia. Primum est vt diligenter attendas quem perpendenda in mentu negotium amicus, si fidelis sit, officie Confiliatals inuenitur: etenim sapius experientia doctio, quod quem tibi credebas fideliorum, & doctum fuisse infideliorem, & quo tempore te ab vt non illo protegendum sperabas, eum tibi patiaris sibi sed aduersarium. Secundum: vt sedulo perpendas, quem tibi consiliarium adhibeas: non omnia

scire te est possibile, nec quid in omnibus occasionibus, euentibus, & casibus inueniat tibi faciendum: necesse est ad aliquem recurras, qui tibi consular, quid pro te tua faciendum expediat. In hoc casu duo tibi faciendia. Primum attente considera cui fidias, quem consulas: non enim omnes literati, hoc nomine insignes tibi conueniunt. Omnis consiliarius pro. Eccl. 37. 2. da consilium, sed est consiliarius in semetipso. Quorquor sunt viri docti & hoc nomine noti sunt, omnes Theologi, Iurilla. Canonistaliaam ferunt sententiam, ne veteraris, quod tibi dicent: se nescire quid dicere debeant, omnes enim incedunt dare consilium & aliquid ille magis qui minus nouit & expertus est. Omnis consiliarius proda consilium, sed inuiti sunt, qui non tibi, sed sibi consulant id est non attendunt vtrum exims sit tibi futurus prosper, an aduersus: sed vt inde sibi tantum lucrum expicantur. Hoc est. Est consiliarius in semetipso.

Notandum cum Diu. Gregorio quid inter alia hoc tibi primario attendendum in eo a quod consilium es petimus: Nullus fidelior tibi ad consilium esse potest, quam qui non tibi, sed se diligit. Hanc scribit epistolam Venantio Cancellario Italix qui Monachum exiens ad seculum redit, illum reprehendit, illi consulit, vt damnationem suam attentè consideret. Si vngula a vanitas mortis periculo arguas sunt qui cor quos dederat nimis Deo, abstulit, considerat quanto periculo diuino iudicio dignis erit, qui non nuncius, sed semetipsum Deo omnipotenti cui se submittat habere dequoreras, subuaxisti? Porro iam non quod tibi iurba non deest in presenti & futuro consiliariorum, hinc & in peccato non deluerunt. Scio qua cum epistola mea suscipitur, precibus tunc conueniunt literati cientes vocantur, & de causa vite consilium in sanctorum inerte querunt, qui non non se sed res tuas diligunt, nulla tibi, nisi qua ad tempus placeant loquuntur. Tales enim fuerunt docti consiliarij qui te ad tantum faciunt, perduxerunt delicti, vt tibi aliquid loquar cum antea, amara tractanda sunt, sed prius de sps. O preclerissimam sententiam. Nullus tibi fidelior. Hoc tibi faciendum, inquit Spiritus Sanctus dicitur aliquod proposituro, vt hinc attendas quem consulas, vtrum aliquis sit, qui necessitate premittitur: etenim magis perpendet quid tibi quatuor lucrator asses, quam vt tibi prospicit. Vtrum vir sit scientia & conscientia, quem nec respectus

D. G. ex Re. 37. 2. Epist. 33.



Eccl. 37. 9

respektus terreat, nec proprium alliciat commodum, nec vltiam habeat apud eum auctoritatem, nisi ratio & iustitia. *A consiliario serua animam tuam prius scito, que si illis necessitat: ipse enim animo suo cogitabit.* Ex Græco cum aliquibus sanctis Patribus legitur: *Prius scito, que si illis necessitat: quod in sermo suo cogitat.* Considera, quod ille homo sit, qui tuas patiatur passionem & affectus, & quam primum consulueris eum in commodum tuum, si tui de tuo cogitabit magisque sibi quam tibi prospicit. Considerandum ut eum eo consilium non ineas, qui solum ad hoc laborabit, vt tibi placeat & satisfaciat, sibi vero conquirit: nam dicendo, non possum perdere te in tuum miserum deuoluerit tuum, vt dum ad illum accedis, dicat tibi culpam impunitam, eo quod illius non bene instruxeris: *Ne forte mirat sudam in terram.* Legit Græcus textus: *Ne forte mirat super te formem & dicat tibi: bona est via tua & si forte contrario videre, quid tibi eveniat.* Hoc amplius nobis explicat experientia quotidiana, quam quibuslibet verbis potest explicari.

Hæc publica percurte loca, percipe quid in his dicatur tribunalibus, quæ ita formant procellas, qui ex illis nullum aliud referunt lucrum, quam expensas, & malam sententiam ex consilio aduocatorum non aduocatorum. Vide cui tuam exponas necessitatem, sic te mouet Spiritus S. Quia vero hoc notis pluris refert quod an mam nostram spectat, ostendit & docet quod oporteat te consulere circa animæ tuæ negotia, & à quo querendum sit quid agendum tibi sit ad animæ tuæ saluationem. Ne ab homine improbo requiras, qualiter Deo sit seruendum, & qua ratione vita tua sis extirpaturus: nec à mundi satoris qualiter mundo sis renuntiaturus eumque contempturus: nec à viro aui cupido qualiter facienda si restitutione ab avaro quis modus largiendi elemosinas: *Cum viro ereliges, tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum timido de bello, &c.* Loquitur ironice: non tibi dicere sufficiat: hic est confessorius, ille Theologus, ille Licentiatus, hic catalogo inscriptus est confessoriorum: quamuis enim multos habeat principes milites conscriptos ad bellum, si nosse cupiat quid circa belli expediat negotium, non interrogat nisi eos quos nouit in bello magis exercitatos, armisque affectos: similiter & ille, qui negotium suscepit arduum, magnæque ponderis, licet multi sint qui nomen habent mercatoris, non tamen ab eis interrogat procedendi modum, nisi quos intel-

ligit in gerendis negotijs ceteris esse prudentiores: & infirmus de eius via timetur licet multos esse sciat medicos licentiatos: non nisi tamen eum aduocat, quem sibi persuadet, quod prudentius pulsum suum explorabit, remedia sit aptiora præscripturus, apertiones venæ, euertitatas, &c. *Quem igitur mihi in consilium aduocabo: Cui viro sancto assidens ego, quem cognoueris obseruantem timorem Dei, cuius anima est secundum animam tuam, qui cum tui fueris, in tenebris, condolebit tibi.* Elige tibi confessorium, qui vir sit: Cui viro. Qui mulier non sit, quo nomine Spiritus S. multos appellat, quibus animus non est aut pectoris robur, vt potentioris, proferant se for iudum: vt alius exaramus: sed vir sanctitate celebris, integer vitæ, virtutis & timoris Dei amantissimus: cum viro qui commodum animæ tuæ non bonæ tuæ, non delicias, tuas non fauorem tuum, non tuam auerpetur animam: *Hoc est cuius anima sit secundum animam tuam.* Cui viro qui tibi compatitur, dum te peccatum ceruit, tuamque lugeat tuam, & summo perē contristet dum te conpiciit in peccata sibi præcipitem: *Qui cum tui fueris in tenebris, condolebit tibi.* Itaque hoc tibi plurimum refert, vt in dubijs tui eligas confessorium tui conuenientem.

Verumtamen hoc à te in capite libri in tui commodum expostulo, vt coris processas simplici, & omnia innocenti, paratus iam, quam tibi dederint acceptare sententiam: *Et cor boni consilij statuo tecum.* Cor tuum ad omni eius desiderio denuda, & illud non habeas vt tibi iuxta illa respondeant, sed iuxta planam & simplicem veritatem, hoc animo proponens, illud simpliciter exequi, quod tibi dixerint esse faciendum. Expendit Diuus Augustinus illud de psaltes. 107. *Beati qui scrutantur testimonia eius. In toto corde Can. 1. exquirunt eum.* Exponere conatur David, quilibet. 118. 1. nam sit beatus, omnes aiunt, esse beati desideramus, sed aberramus eo quod vbi non est, queramus beatitudinem. In celo est, quoad possessionem & effectum: hic autem in solimundo quoad spem & affectum. *Quis hic est beatus? Primo, Immaculati in via.* Secundo, *Beati qui scrutantur testimonia eius.* Hoc concessio ait beatos esse Phariseos, qui *Se deni super tabulam Moysi, seruantes legem, & dicere possent hos esse beatos, si tu es Christus dic nobis palam.* Sed ideo a diungit: *In toto corde exquirunt eum.* Ad tui gloriam legem Dei seruare, & non sic ut illi ad propriam malitiam, quia Deum non querunt. In mentem tibi veniat, inquit, adolef-

IX.

Secundū  
vt sit vir  
sanctus.

72 cens ille Christum accedens, acriter instans & studiosè inquirens de modo instituendi vitæ rationem, ut vitæ consequatur æternæ possessionem.

*Math. 29. 17.* *Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo.* O, qui illum vidisset, statim in album referre potuisset electorum, viam inquit, legem & media quibus finem obtineat, beatitudinis!

Ceterum attende, quod Deum ex toto corde suo minime quæ fuerit: quia cupiditate feruebat bonorum, optabatque ut Christus conforme suæ cupiditati daret ipse responsum: *Quomodo enim in toto corde quæsiuit, & cuius consilio diuitias suas prætulit, quo auditu vultu abscessit?* Heu quot tui similes inuenias!

*D. Arg.* Eo modo Pharisei Dei mandata scrutabantur. Ita scrutantur Pharisei: & similiter multi scrutantur, & inquirent, quâ ratione seruanda sit lex diuina, non quia in eo Deum præcedunt, sed ut videant, utrum ex responsione aliquid percipiant, quod eorum placeat appetitu. Venit alter, interrogaturus, utrum seruare sibi possit iurum ex fornicatione conquistum, scrupulosus, vel restituendum habeat quod supra receperit, quia vendidit credito: vel utrum teneatur hoc exequi quod illi patet in testamento suo mandauit implendum: vel utrum de domo oporteat eijcere scandalum, quod ibidem alit ad animæ suæ perniciem: vel utrum satisfaciendum sit honori, quem in conuersatione denigravit: & cum desiderio venit, illudque monstrat ut illi dicatur, quod bene se deat appetitu: si verò percipiat, quod ab hoc declinet responsum, ingemiscit, & viam & alteram ad id rephicam adiungit & mutat circumstantias, satis clarè designans, hoc sibi minime complacere: Non est tibi *Cor boni consilij*, statim hoc tibi, Accede, sed corde simplici paratus exequi quidquid tibi responderint, ostendens simplicem hanc in te, & omnibus esse obedientiam.

§. 15. *Hæc simplicitas potissimum queritur à potentioribus: nec Regem Assuerum, nec hos imitentur.*

18 **P**rinces & potentiores primariò par est ut hanc habeant dispositionem: dum enim consilium exquirunt, hoc ita sit ut suum non exponant beneplacitum nec desiderium quo feruent, sed simplex cor sciendi veritatem: etenim satis ex periculosum, quod si namque

desiderium suum aperiant, & ostendant se hoc vel illud optare, illud ipsum non leuem parit occasionem, ut consiliarius & censearius inclinetur ad idem quoque desiderantum: nam opinantur ipsi sibi ininteresse ut talibus complacent, & communiter trahit intellectum voluntas, adducitque eum ut inclinetur ad iudicium eius, quod ipsa desiderat.

Valde frequenter accidit Regibus, Principibus & Magnatibus, quod Spiritus Sancti reletur in historia Esther de Rege Assuero: non enim sine ratione describit illam suis omnibus distinctam circumstantijs, sed ad nostram utilitatem & instructionem, sicut de alijs similibus aduertit Dnus Gregorius. Erat autem Assuerus tantæ potentie Monarcha, ut centum viginti septem Prouincijs Dominus imperaret. In exordio Monarchiæ suæ conuiuium intruxit toto orbe celeberrimum omnibus Principibus suis & imperij Magnatibus: eodem motum ex do coniux illius Regina Valthi ex altera parte Rege cõ aliud præparauit illa conuiuium feminis emni bus insignioribus. Die quodam Rex genio uisus Assuero. mis indulgens & magnificè conuiuantium societate lætatur, ut testatur Scriptura: *Post nimiam potationem, cum inualuisset mero: præcepit ut eam Reginam adducant Valthi: ut ostenderet eum in populo & Principibus pulchritudinem illius: Erat autem pulchra valde.* Renuit illa, & uenire contempsit. Bile Rex ex cauidit ultra modum, & si potu nimio, multo magis cholera itaque demersus. *Iratus Rex, & nimis furore succensus.* Quocirca sine mora septem conuocat regni sui Consiliarios, eosque primarios, & nobilitate & auctoritate, qui proximi Regi assidere consueuerant, & ceteros sapientiâ superabant, utpote legum regni scientissimi: *Scientes leges ac iura matorem, qui uidebant faciem Regis, & primi post eum residere soliti erant.* Congregatis illis in eodem loco sic ait: Non est dignitas mea, ut tantam patiens feram impudentiam: etenim dum Reginam aduoco & huc accurrere præcipio, uobis insipientibus, mei renuit mandatis obedire: nequaquam mihi conuenit, nec ratio suadet, ut impune transeat tantum inobedientiæ facinus: idcirco stat animo tale de ipsa sumere supplicium, ut omnibus sit regni mei in exemplum. Illico postremus eorum nomine Manucham Regi respondet: Domine mi Rex, plus æquo est, & nullatenus impune transire potest talis impudentia, talis, inquam, quæ mulieris superbiâ inflata extollit in maritos refractarias: si namque maiestas tua faci-



28.n.11. nus illud non vilescatur, animos sumunt vxores, vt vitorum suorum contemnant impetia: Egritudine sermo Regina ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, Et dicant: Rex Assuerus iussit, vt Regina Vasthi intraret ad eum, Et illa noluit: atque hoc exemplo omnes Principum coniuges Persarum atque Medorum parui pendunt imperia maritorum. Hoc postulat aequitas: vt in omnium regnorum conspectu illam Reginae prius dignitate, repudies, & artibus tuis exurtes, aliam autem eius loco sufficias, quae promptiorem tibi seruet obedientiam: Placuit consilium eius Regi, Et Principibus, fecitque Rex iuxta consilium Manucham.

Li.11. An- Iosephus hanc describens historiam quandam tiqu.e. 6. obicit difficultatem: vter melius fecerit & iuxta legitime decereta: Rex praecipiens, vt Regina renuit ad coniuuium suis acumbat: vel Regina ire renuens? Ceruente Regis. tum est Regnam egisse quod illi faciendum incumbat, & iuxta Persarum iustitiam: proinde Regis imperium dicit de Persarum repugnabat iustitiam. Hoc vnum inter alia habebatur vt lex i refragabilis (inquit Iosephus referitque Macrobius) vt mulieres honorabiliores nullatenus intrarent coniuuii locum, in quo Principes mensam celebrabant: insuper vt testatur Iustinian. nec daretur locus, vt illas aspicerent, Parthopersa feminis non coniuuiis tantum, sed & vitorum conspectum interdicunt. Quod circa in Perside Reginae Regum non intererant coniuuiis. Confirmanur autem: quia ante eundem Assuerum, cum issem provincijs Rex Balthasar imperaret, licet coram instruxisset opiparam ad quam magnates suos inuitauerat, mulieres suas ordinarias & concubinas, non tamen ad illud ingreditur Regina, nec ei licium erat, quod patet ex eo quod scribit Daniel: dum enim manum aduertit hanc scribentem verba: Mane, Techel, Phars, verba tot documentis & plena mythenijs ad uostram instructionem, vt tota Regis curia non modice perturbaretur. Aduocantur Aruspices, sapientes, & diuini vt huius scripturae legitimam edicant interpretationem: sed non erat qui sermonem interpretaretur, cum igitur omnes stupor teneret mentisque turbatio, pertinet verbum ad Reginam, quae in cubiculo suo sedebat sola secretiori: vel forte nobilioribus epulas ipsa domicillis instruebat: & illico accurret ad locum, in quo Rex maritus cum magnatibus suis & vxoribus ordinarijs residet, illumque verbis demulcet consolatorijs: vt eum se scire, qui scripturam hanc

Li. 7. Sa. tural.

Dan. 5.

posset interpretari erat autem Daniel. Regina autem pro re, quae acciderat Regi, Et optimissimus eius domum coniuuii ingressa est, Et proloquens ait: Rex in aeternam viue, no te conturbent cogitationes tuae, neque facies tua immuetur: est vir in regno tuo. Et Ad tales casus quando viri patiuntur animi deliquium, vitaeque periculum, accurrunt Reginae, & vxores primariae, quae viuis assistant, illos solentur illosque corroborent: ceterum ad comedendum & bibendum, atque ad pulchritudinis solam ostentationem, omnino non fiat: etenim est inum ardeat ut sociare ritionibus, & seipsum periculo exponere manifestissimo. Tamummodo vxores admittentur vtiliores & abstinctiores, dicitur concubina: nam illas introducebant, hanc coniuuiis exhibituras recreationem vt seruiret illa coniuuiantibus, atque eo sensu quaedam Di. Ambrosius verba interpretor: Perisique Persiae more mulieres dignas simulonorum consortio inducunt, Et ab his phialas accipiunt.

39 III. Ex consuetudine Persarum mulieres non intererant vitorum coniuuiis.

D. Ambrosii L. de Elia 1. 15. To. 4.

39 III. Ex consuetudine Persarum mulieres non intererant vitorum coniuuiis.

Verr. 1. 1. 15 in Artaxer. 26.

Hoc dato, Regina Vasthi (testatur Iosephus) praedetur iuxta regni praescripta fecit, illaque seruire volens inuenerata, virorum noluit interesse coniuuii: Voluit ipsa Persarum leges custodire, quae ab alienis vxores vt dari prohibebant. Ex hoc ipso concluditur quod Rex in eo quod praecipit, propitias praeruaricus sit leges & primariae monarchiae violauerit iustitiam. Vide sequitur (inquit Sulpitius) quod ipsa praerentis fecerit Luceque mentent: ipse vero male dignoque fuerit reprehensione. Sicuti Rege consulit, iudicis vitorum oculis spectaculum praebere iussa abnuet: ante ipsa laudabilior, quanto in legu pudorisque custodia constantior.

De

Dan. 4.  
20.  
Et dicant: Rex Assuerus iussit, vt Regina Vasthi intraret ad eum, Et illa noluit: atque hoc exemplo omnes Principum coniuges Persarum atque Medorum parui pendunt imperia maritorum. Hoc postulat aequitas: vt in omnium regnorum conspectu illam Reginae prius dignitate, repudies, & artibus tuis exurtes, aliam autem eius loco sufficias, quae promptiorem tibi seruet obedientiam: Placuit consilium eius Regi, Et Principibus, fecitque Rex iuxta consilium Manucham.

D. Ambrosii L. de Elia 1. 15. To. 4.

39 III. Ex consuetudine Persarum mulieres non intererant vitorum coniuuiis.

Verr. 1. 1. 15 in Artaxer. 26.

De

De quibus diligenter scribit Auctor modernus: qua igitur ratione euenit, vt nonnulli viri dignitate literis, & scientia clariores, petenti ab ipsis Regi consilium darent omnibus illis Persarum legibus oppositum, & consulerent priuatione plecti, quod laudibus extolli, præmioque donari merebantur: & cum ipse pessimè in hoc procederet, merito regno priuandus, ipsa vero Regina, optimè, atque ea ex ratione plus æstimanda, ferrent attamen sententiam quod Rex prudenter egisset, & Regina seuerissimo esset plectenda supplicio?

Ne mireris: iam enim Spiritus S. rationem indicat, & hæc quidem ea erat: quod Rex ab iis consilium inquireret, suum exponens desiderium, quod eamiam decreuerat exemplar statuere supplicij: illi vero consiliarij Regi pesserent complacere, & ob hoc semper in faciem eius intendebant. *Videbunt faciem Regis: sibi autem persuadebant per hoc illis fore cõsultum si Regi blandirentur, eiusque mentis propositum extollerent, licet inordinatum, eamque condemnarent, quam iuxta Persarum decreta liberam declarare debuissent.* O quam fide es fuisse ipsi consiliarij, si Regi dixissent: Domine mi Rex: sapientius in hoc se gessit Regina, quam Regia tua maiestas: quod enim illi mandati, maiorum tuorum contradicere iustitias: quod autem illa renuit agere, illis est conforme, & pudicitia, quam mulier debet seruate principalis. Sed illis ad hoc animus defecit, & Regis voluntatem explorantes, suam inclinatum vt ei se conformaret intellectus: etenim certo constat, quod si potentior suam declaret voluntatem, reuam in te pessima, tamen eam vt optimam iudicabunt esse consiliarij: iam enim prædixit Salomon, *Princeps, qui libenter aulis verba mendacij, omnes ministros suos, tri. habent impios.*

Pro. 29. 12. Lib. 1. li. 1. Notari digna occurrit historia ex Sozomeno de Constantino Magno Imperatore: cum enim

Qualiter aliquando fidelitatem seruorum suorum & Consiliatorum vellet experiri, cum suis ad se conuocauit, atque illis: Amici vobis notum arbitror, iam à pluribus me diebus in lege & fide viuere Christiana, meque illi subiacisse, verumtam en hoc seruire, me ledere huius legis ac fidei, qua tam strictè nostra comprimit desideria, vt nullum nostri locum cedat appetitus voluptatibus. Imperatori penè omnes respondent: verissimè Domine: nam maiestas tua nobis quaestionem proponit quam iam illi proponere decreueramus, nullatenus expedire vitam ducere

sic oppressam, vt tanta continuitas oppressionis necessario vires & salutem sit extenuatur: cum autem maiestas tua iam hoc experientia didicerit, & ipsa experientia coggerit idem de illa nobiscum cognoscere: conueniens foret salutis vitæque conseruationi Imperatorie maiestatis, vt dei illi quasdam explicationes quibus parum de rigore eius remittatur, quo vitæ nobis rationem constringit legique conformem adeo molesta, tantummodo quidam superfluerint, dixerintque Constantino: moderatè ô Cæsar, ne tale quid aggrediaris: etenim ingratitude erga diuinam gratiã foret nõ minima, quæ te illuminat, vt bonè agnosceas illud que se quaris: malum autem, vt fugias & castiges. O prodoctores, inquit illis Imperator, vt etiam in eo quod directe contra Deum militat, adestis adulatoribus consilium mihi contra Deum suafuri: procul hinc abite maleuadi consiliarij, nec vniquam in curiam meam redire præsumatis: qui namque contra Deum dat consilium multo parator erit, vt tale quid suis contra me ferat adulationibus. Igitur aduerte, qua ratione tibi sit interrogandum, quam non exponendo voluntatem, sed corde simplici & amico veritatis Hoc est, *Cor boni consilij.* Cum illi non accedunt illi præsent: non enim omnes sunt simplices, sed desiderantes vt Dominus illis eo modo respondeat vt eius responsum possint carperere, vel respectu populi, si dicet, se Christum non esse, vel in ordine ad Imperatorem Romanum, si palam & aperte se talem esse proclamaret.

§ 16. Sequuntur me. Prædestinati signum est sequi Christum, non autem illum circumdare, nec cum illis se illi opponere.

Secundum iudicium datum à Domino Prædestinatorum in simbolo omnium suarum, hoc est: *Sequuntur me*: Cui opponere videtur Euangelista secundum reprobatorum iudicium in figura Iudæorum, de quibus ait: quod nedum Saluatorem non sequantur, sed illum circumcingant: quatenus non progrediantur. *Circumderunt ergo eum Iudæi*: Signum maxime proprium probatus. Quantum coniecto recordatur D. Ioannes eius, quod Spiritus S. de reprobo scribit Saul: Dauidem enim in montibus obstrantem cotona circumcinxit, eumque medium concludit, vt nec in hanc, vel alteram posset partem, qua vellet, iter carperere: *Circumcinxit 26. Reg. 23.*

Reg. 19. *Mittit enim in modum corona.*

29. I. Tales hodie proponuntur nobis Iudæi: nam in illa corona, qua Christum circumcingunt, nobis describitur eorum cum Christo agendi modus; locum illi non dando vt in illam, vel alteram partem diuerteret: nam omnes illi partes concluderant, & quacumque vellet exire parte, se illi opponerant, eum detinentes quasi dicebant: hac non egredieris. Seipsum prodigijs manifestat miraculis, & obicitur, illa posse præligia redolere: doctrinam suam illis ostendat. Hanc profert adeo cælestem, vt illos ipsos rapiat in admirationem, aiunt nihilominus, verba esse verba nisi confirmetur operibus. Opus efficit admirabile, & dicunt: parum hoc est, vt fidem rei tam præclaræ statuat, qualem ipse prætendebat, vt de ipso crederent: sed se velle signa de cælo videre sublimiora. Amicæ cum illis blandeque loquitur: sed naso illum suspendunt, habentque ludibrios minus illos aggreditur, & vt diuiniacum redarguit. Hic illis: ego sum lux mundi, quam sequi debeant: respondent: fidem illi non esse adhibendam qui de seipso profert testimonium. Illis inspectantibus facit miracula, quibus hoc confirmat & obicitur, quod miracula non loquantur, sed vt ipse loquantur illis aperit. Hoc est cingere in modum coronæ, vt nec hac nec illac, nec isthac queat exire, eumque velut ligatur captumque detinere.

Dixit illis die quodam hoc ipsum verbis adeo cælestibus, quæ cum talia sint, illa crebro SS. PP. expendunt. a. D. Ambros. b. D. Aug. c. D. Hier. b. L. 1. 99. Referunt duo Evangelistæ D. Mattheus & D. Luc. quod Dominus coram innumerabili prædicans hominum multitudine, potissimum coram multis, qui ex occasione illius legationis adueniant, quam D. Ioan. Baptista, illi de carcere, quo ab Herode victus detinebatur, misit exoptulans, vt declararet, an ipse esset Christus: Christus igitur in tanta confusa multitudinis innumera edidit miracula, præsertim ea, quæ Prophetæ nominauerant, & à Messia facienda prædixerant: etenim cæcis visum, leprosis munditiem, paralyticis gressum, vitamque dedit mortuis, &c. Ne autem crederent legationem à Baptista institutam à quadam orti fidei mutatione, qua prius de Christo præclarum dederat testimonium, celebrem habuit concionem sanctitatis illius & constantis laudatiam.

Plurimi ex illis qui præfentes aderant, præsertim Publicani Christum audientes non modicè lætabantur: ita D. Lucamnam quando D. Ioannes horrendas illas prædicans ruinas in publicum

prodiit, eos gemina vipetatum insimulans, & ad Baptismum poenitentiae, quem prædicabat inuitans, eum præstanter audiebant, atque ab eo baptizandi frequentes accurrerant. *Omni populus Luc. 7. 19. audiens. & Publicani iustificauerunt Deum baptizati Baptismo Ioannis.* Verum tamen illi, peruersa generatio, qui non solum illum non audierunt, nec ad poenitentiam iudicium conuersi sunt, nec baptizandi confluxerunt: insuper sese aduersarios opposuerunt, obicitur vitum illum, qui tanto populum rigore perstringebat, minisque perturbabat, esse lymphaticum: *Dixerunt demonum habet.* Illi hæc Christi de Ioanne præconia intelligentes, illum aspernati sunt, & dixerunt. Per animam vestram, perpendite, quem nobis laudibus accumulatis. *Pharisæi & legisperiti consilium Des spremerunt in semetipsos, non baptizati ab eo.*

Attendit Dominus eorum gestis, & ait: O mortaliu infelicissimi quamdiu apud vos ero? Quæ Similitudine Inueneratis huius? Et cui similes dicam homines? Quæ dixerunt bis Ioannem Baptistam, qui minus & terroribus explicatos recipiendo meo Evangelio præpararet, & tur obtulit: durus est hic sermo, & quis potest eum natio audire? Adueni ego totus verbanus, blandiloquus, & promissis alliciens, sed quid inde? Me derident. Venit Ioannes in via iustitiæ, & testimonium de me perdit, & dixit: nulla parat hic miracula. Adueni ego, & in conspectu vestro tot tantaque editi, quanta nunc oculis vestris conspexistis, oculos tamen, illa non attendentes, occlusistis. Quid vobiscum agam? Quam viam ingrediar? Circumcingitis me, nec locum datis vt hac vel illac egrediar. Quibus vos comparabo? Similes sunt pueri sedentibus in foro, & loquentibus ad invicem, & dicentibus: Cantamus vobis Evangelium, & non saluati: lamentariimus, & non ploramus. Verba sunt hæc, quæ SS. PP. multifariam expendunt: sed lucida est D. Augusti. explicatio: nimirum, quod iuniores quidam in forum prodierunt iustibus vacaturi: vt autem, illos à iustibus auerterent, alij quidam accesserunt, arundines inflando & voce lugubri personando, qua iudentes ad plandum excitarent. Audiant illi ænias & aiunt: procul hinc vos: an modo vultis vt iugeamus? Accedunt alij gratiam excitantes melodiam, & versus quosdam intonantes, quibus illos ad tripudia & choros excitent: sed quid illi? Procul hinc, procul auferte musicam, cantusque sileat: non est hæc nobis hora tripudiandi. Quid cum illis tandem agendum? Nec ob miles thænos, nec per alicrem melodiam commouentur.

ffff

a Ser. 80.  
b L. 1. 99.  
c Luc. 11.  
d Matth.

II.  
Christus  
commē-  
dat Ioan-  
nem à  
consul-  
tatis  
Sdei.

Hieron. Bap. de Lanna Tom. III.

41 tur: sicut illos cum suis crepundijs.  
 Idem ait Dominus in illi contigit cum homi-  
 nibus generationis huius, qui patros ipsos exce-  
 cedunt, & quos veritas dixerit esse pietes quam  
 viros, quandoquidem toti nugis, vanitatibus, cu-  
 piditatibus & rebus occupentur vento leviori-  
 bus. Accurrit D. Ioannes vt vos à ludis istis ab-  
 straheret; Intubii veste indutus, aspero tectus  
 cilicio, abstinentia vite rigorosus, tistes into-  
 nant namas; horrendis vos reuertit supplicijs,  
 inelamant sepe sapius securim ad radicem ar-  
 boris postam, vt eam euellat, & ignibus tradat  
 sempiternis exurendam: vos autem respondistis:  
 autem site, quibus hic prodeat in publicum: ne-  
 cesse est hominem esse atrepticum. Adveni  
 postmodum ego musica blandus gratiori, le-  
 gem promulgans Euangelicam, vos omnes a-  
 mice compellans, peccatores mutans, atque  
 & dicitis, me similem illis: Venit Ioannes Baptista  
 non manducans, neque bibens, & dicitur: Damonum  
 habet. Venit filius hominis manducans & bibens  
 vinum, & dicitur: Ecce homo denotor, & bibens  
 vinum, amicus Publicanorum & peccatorum.

IV. Traque ait Christus, nihil vobiscum aliud  
 agendum, facta est alea: nam in quacum-  
 que partem me verto, semper mihi vos opponi-  
 tis: male facio si miracula patraero: male, si  
 verbis deoco: male, si vobis prædico: male, si ta-  
 ceo: male, si vobis blandior: male, si vos pette-  
 ro: symbolum sunt reproborum, qui cir-  
 cumcingunt eum, nec hac vel illac exire patijun-  
 ter: videntur enim Deus quasi suspensus animo,  
 dicere: Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam  
 tibi Iuda? Hæc verba ponderans D. Ambros. sic  
 ait: Vereor fratres, ne hæc Evangelicæ lectio pleris-  
 que da vobis congruat, que ait: Cantauimus vobis  
 & non saluastis: lamentauimus & non plorastis. Au-  
 numiamus vobis regni caelorum gaudium, & mini-  
 me corda vestra motu quadam alacritatis exultant.  
 Prædicamus triste iudicium, & sensus vestri ad pe-  
 nitentiam in lacrymas non prorumpunt. Quid igitur  
 vobiscum faciemus?

V. Notandum hic dari symbolum præscitorum,  
 qui Deum videntur velle ligare, & coronâ ci-  
 cumcingerent nec ex hac parte, nec ex altera  
 possit in illis quidquam operari: quos nec pro-  
 missa mollunt, nec minæ pterterrent, nec hiantis  
 infeni abyssis commouent, nec corpore sani lu-  
 ctum arripuit penitentia, nec morbis attrici di-  
 uina sese submitunt potestati. Omnia illis in  
 mortem proficiunt, vt aliis diximus. Opposi-  
 tum in omnibus spectamus Saluatoris: non enim

illum non circumcingunt, sed à tergo consistunt  
 illum subsequuntur: sicut omnes pastorem quo-  
 cumque eas ducere voluerit. Animæ beatæ quas  
 si Deus minus peccat formidant: si blandiatur,  
 eius amore inardescunt: si salutem imperant,  
 asperam subeunt, poenitentiam, si premat infir-  
 mitate, tolerant patienter; si diuitijs cunulet,  
 erogant eleemosynas, si paupertate stringat, illa  
 lætantur, atque in eis illud Apostoli adimple-  
 rit: Diligentibus Deum omnia cooperantur in. lo. Rom. 8. 3.  
 num. h. qui secundum propositum vocati sunt San-  
 ct. O felices animæ, quæ quocumque pastor  
 celestis illas duxerit, inueniunt pascea saluber-  
 rima, & vtilissima: nunc in salute corporis: nunc  
 in infirmitate, nunc in diuitijs, nunc in paupertate,  
 nunc in honore nunc in ignominijs.

Talem auguror fuisse David orem Dei: di. Ps. 21. i.  
 cebat enim Dominus regit me. legit D. Hieron. VI.  
 Dominus pastor meus, nihil mihi deerit, in loco pas-  
 cuae ibi me collocauit. E. Deduxit me super fenestras  
 insuetas. E. Ipse meus pastor est diuinus, vid.  
 quem si locutus fuero & ibidem sum, vbi me  
 posuerit, pascea inuenio vberissima. Omnia mihi  
 in bonum cooperantur, quo per vias infirmitatis in-  
 grediar, & tandem ad cæli gaudia pertentiam:  
 de quibus die Venetis præterito. Similiter &  
 verbis illis. Sequuntur me: aliud indicare voluit  
 prædestinatorum suorum iudicium: oues meæ  
 me sequuntur, & ego ante illas vado, viam illis  
 præmonstrans. Ecce prædestinatorum. Diximus  
 aliàs hæc esse præscitorum iudicium, quod il-  
 lum circumcingant sicut Indæ, & sese illi oppo-  
 nant, volendo ipsi præcedere, Deus autem illos  
 pone subsequatur: hoc exposuimus, quando Chri-  
 sti verba perpendimus, quibus Indæ generationem  
 vocat præuam & adulteram: Generatio  
 præua. Nam eorum agenda modus hic est, quo  
 volunt vt ordo debitus inuertatur: cum enim  
 plus æquo sit, vt Dei voluntat præcedat, eamque  
 humana subsequatur, conatur illi, vt sua præ-  
 cedat, Dei verò subsequatur. O generatio mala  
 & peruersa (sic loquitur Christus) & à diabolo  
 rapienda. Oves meæ non eo modo procedunt,  
 vt præcedant sed sequuntur me. Ego præcedo, &  
 quod ego volo ipse volunt, eorumque gressus  
 eo tendunt, quo illis ego designaui.

D. AMBR.  
 Scrm. 80.  
 post med.  
 Tom. 5.

Iudicium  
 reprobo-  
 rum &  
 ouium  
 Christi.



§. 17. Sequuntur me. *Oves Christi ex operibus suis gressibusq; comprobantur. Præciti, similes sunt virginibus fatuis: qua oleo lucere voluit alieno.*

**S**ignum aliud prædestinatorum ex his verbis, colligitur: *Sequuntur me.* Hoc est ovis illius non satis est, nec in eo hærent, ut se oves illius esse gloriantur, sed ut tales progrediuntur, gressus suos pastoris gressibus conforment. Inter historias S. Scripturæ notat dignas, atque ad nostram scriptas instructionem, notat D. Augustin. quod contigit in matrimonio Isaac à patre suo Abraham composito. Mandat hic Eliezer, ut tendat in Mesopotamiam naturale solum Abraham, ut quarat Isaac filio suo de regione sua puellam conuagum, talibus insignem conditionibus, quas illi ipse declaravit, ut esset digna filio suo sponsalibus. Dicescit Eliezer geminis & opibus prædites, quibus doret puellam, quæ indicant proposito suo ceteris esse digniorem: *Tulitque decem camelos de grege Domini sui, & abijt, ex omnibus bonis eius portans secum, profectusq; perrexit in Mesopotamiam ad urbem Nachor.* Hoc autem illi singulariter imminxit, ut secum deferret duas aureas, & totidem armillas summi pretij: *Postquam autem bibe ut camelus, protulit vir aureas aureas appendentes scelos duos, & armillas totidem pondi scelorum decem. Pretiosæ in aures, pretiosæ armillæ, non solæ deferantur in aures:*

Adest hic D. Ambrosius iam vos audio domicellæ contra me expostulantes, quod in vobis curam ornatus, inaurum, armillarum nec non capitis & faciei reprehendam mulieribus assuetam elegantiam: unde mihi hæc obijcitis: an ergo non tibi patet, quod Abraham nurui suæ gemmas illas & monilia miserit: cur ergo nunc in nobis redarguis, quod in nuru sua Patriarcha iudicavit esse perdecorum? *Quomodo prohibes hoc Episcopo, ut non habeamus, quod Rebecca accepit pro munere, & hortaris ut filij simus Rebecca? Nil aliud nobis incidat, quam ut imitemur obedientiam, compositionem & ornatum sanctissimæ Rebecca, & ne simus vani, atque nobis interdiciis quod obediens illa de locero suo accepit ad capitis & faciei suæ cultum & compositionem. Quæ de causa nobis eius persuades imitationem, & prohibes nos illam imitari in eo, quod illi concessit ad maiorem corporis elegantiam*

Abraham vir tanta morum integritate spectabilis? O quam multa ignoratis, an non videtis, quid Abraham illi miserit? Vir ille corporalibus hæc ornatus, ornatum voluit indicare spirituale. Primo auribus promptam fidem, quæ ambas occupet aures, & non sit auris parula voci alterius, nec quidquam audiat in contrarium. simplicem fidem ambabus illis inauribus significatam, quæ illi ambabus præparat auribus. Armillas, quæ manus disponant & ipsæ adoperentur operibus: quæ omnia in illo fuerunt eminentissima. Fides videlicet operatoria. Et in summa in aures, quæ tibi Abraham reliquit, sume quas transfudit armillas. *Audi verba Domini Dei tui, sicut ipse audiebat, exoquere iusta, sicut ipse proponebat implere.* Hoc ex sententia D. Augustini significarunt in aures & armillæ, fidem & opera. Omnia hæc procedunt de domo Abraham, & de sponso Isaac: *Fides, vobis datum est non solum ut in eum credatis. Opera, sine me nihil potestis facere;* sunt autem hæc monilia adeo necessaria, ut sine illis anima in sponsam Christi nequeat adoptari, nam vocare se ovem & gressibus procurete herodorum, indicium est reproborum, quales illi erant; ut enim testatur Evangelista hoc illis sufficiebat, quod dicerentur filij Abraham, cum tamen eius opera non haberent; nec eum imitarentur, sed diabolum, quocirca Christus illos hortatur: *Si filij estis Abraham, opera Abraham facite. Vos ex patre diabolo estis.* En tibi præscitorum indicium, quibus satis est dicere: per fidem ovis sum Dei, per quam in ovili sum eius Ecclesie, cum opera tamen earum illis minime commendentur. Optime vos pastor ille agnosceat etiam ad sinistram suam vos cum hæc dammandos eijciet.

Nota passim est à Christo proposita parabola virginum, quarum quinque fuerunt reprobae, atque in æternum de domo nuptiarum sponsum si profigatæ. Quis earum defectus, aut quale debet esse peccatum? Quod sibi de nomine virginum in leonitatarum applauserint, atque oleo lucere voluerint alieno, quod à prudentibus petierunt, quæ sibi aliud comparant, magnoque illis pretio constitit. Audi illas mendicantes: *Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostra extinguuntur, & nec habemus quo illas nutriamus.* Absit hoc (respondent prudentes): etenim in hac domo ex mutuo non vivitur, nec lux adnititur, quæ tantum oleo licet alieno: *Ita petitis ad vendentes & emite vobis.*

Notandum hic præscitorum symbolum, qui tantum oleo lucere voluit alieno. Hic, quia

II. Fides notat & opera.

Phil. 1. 24. Ioan. 13. 5.

III. Nemo lucere debet oleo alieno.

FFFFz paren-

parentum filius est virtute insignium: ille, quia nepos est, vel de viris originem trahit illustrioribus, qui pro defensione Ecclesie suiq; Regis obsequio facinora ediderunt gloriosa. Alter, quia nobili stemmate progenitus, & regibus ortus eminentissimis: porro si vitam eius attenderis, non nisi abiecta qualibet, atque in actionibus eius turpia reperies: nullum ei verbum, nullum opus, nulla conformitas, nulla motum integritas, quæ præclaram spiret altamq; progeniem. Omnes illi oleo student alieno prædicere: quocirca videre licet qualiter ista domorum: scitis & insignibus maiorum suorum adornent illustrium. Eorum plures agnosco, similes illis profanis adolecentibus, sed nobilioribus ex Israel, de quibus

**Eze. 8. 16**

**IV.**

**Nec ad**

**ortu solis**

**adorate.**

testatur Ezechiel. *Adorabant ad ortum solis.* Eorum idolum erat: erectum ad ortum solis, velut solis ortus idolo latrat. Tali sum ego patre genitus: tali principe natus: talisque Regis filius: ad hoc oculos suos solummodo dirigunt: nos iam autem verum sanctuario, vitam omnem floribus & odoribus manuum confluentis vanitatum. *Repletes terram iniquitate. Conuersi sunt ad irritandum me, & applicant ramum ad nares suas.*

**V.**

**Similes**

**sunt illi**

**statuæ**

**Dauid**

**pellibus**

**operta.**

Nobis cum illis video contingere, quod apparitoribus Regis Saul: hos ille destinat, ut Dauidem captiuum abducant: etenim cum in lecto dormientem intellexerat. Audit hoc Michol uxor eius, & virum illico de somno suscitatur, atque Domine mi, per hanc velox fugio fenestram, ne te satellites abripiant: ut autem Dauidi plus temporis ad fugam superesset, in lecto simulacrum statuit Dauidis vestibus illis armisque compositum: accedunt apparitores, illi intuuntur & opinantur verè esse Dauidem, quem ut talem expectant, donec expergificatur. Paulo post accedunt propius, & manus iniiciunt, inueniunt autem aliud nihil hic subesse, præter vestes & arma. Iam enim ille fugam inierat, & longè procul abscesserat.

Quot statuas videmus vestibus & armis Dauidis adornatas: Ducum inquam illustrium & virorum nobilissimorum, qui se Christianos operibus magis quam verbis ostendebant. Ecclesias erigebant, monasteria fundabant, hospitalia dabant, statisque confirmabant. Sese offert alter, quasi essent illi in eo, & velut eorum legitimum successor, quem ut talem attendimus: porro si manum adiciamus, præter armorum scuta, vexilla & insignia nihil inuenimus? Vbinam progenitorum illa deuotio? illa ergo sacerdotes reverentia? Illud Regi promptum in bellis obse-

quium? Illud partem esse pauperum? Vbinam illa in verbis veritas? Illa in operibus bonitas? Illa in negotiis suis simplicitas? Illa mentis ingeniositas sibi seruiens, præstando beneficia? Illorum manent insignia: nam eorum eminentia, nobilitas, virtus, & Christiana pietas iam quasi per fenestram abiit, erupit, euolauit.

Quam ad viuum illos descripsit Vates Oseas: **43. VI.**

*Quasi vni in de seruo inueni Israhel, quasi prima poma ficulnea in cacumine eius, vidi patres eorum, Et vidi*

*Et. Et abalienati sunt in confusione, & facti sunt compa-*

*abominabiles, sicut & qua dilexerunt. O quales tantum*

*fuerunt illi patres, qui dederunt illis principium syllabæ,*

*& originem? Mihi dulcissimè sapiebant sicut v-*

*itæ quas sitiens viator deserens pererrans offendit,*

*& sicut ficus pulcherrimæ, quas transiens viator*

*intuetur. Illi vero degenerarunt & abalienati*

*sunt, venditi ut facerent malum: & nihilominus*

*hoc intendunt, ut habeantur mundi totius illu-*

*strissimæ: quia talibus sunt orti patribus: *Ephraim**

*quasi auis auolauit gloria eorum à partu, & ab u-*

*tero, & à conceptu. Sempet gloriabantur se tanto*

*stemmate progenitos, & aorum suorum vitæ*

*iactabant eminentiam: hoc in ore habebant fre-*

*quentissimum *Filius Abrahæ sumus & ex fornicatione non sumus nati,**

*ex Sara Domina principali,*

*non ex Agar Ancilla abiectissima. O rationis*

*impoest vbinam, obsecro, est Abraham, eius vir-*

*tautes atque vestrorum maiorum excellentia? Iam*

*auolauit quasi passerculus, iam erupit & trans-*

*fennas reliquit vacuas & immundas: en quanti*

*illas æstimas? *Gloria eorum auolauit quasi auis,**

*& cum Dauide per fenestram aufugit, relicti nunc*

*solummodo armorum insignibus, quibus illi se-*

*ipfos extollunt, prædicant & reddunt illustri-*

*tes. Oleo lucere vultis alieno? Vos ut à mptiis*

*extorres arbitremini: non enim ad i' las superui*

*sponsi passim omnes admittuntur virgines, &*

*quæ hoc nomine gloriantur: hoc est omnes illi,*

*qui se iactant vocantq; Christianos. Deique o-*

*ues: sed illæ solummodo, quæ proprium habent*

*oleum misericordie virtutis & veritatis, quod si-*

*bi laboris sui pretio compararunt.*

En quam appostè loquatur his Redemptor VII.

noster. Ab illo percondati sunt: *Sicut et Christus, Opeia*

*dic nobis palam.* Respondit illis Dominus: dixi ve-

stris verbis, sed plurius refert: ut operibus tellerent de

hoc vobis euidentioribus: hæc enim sunt lingua viro testi-

ceratissima, quæ mentiri non potest. *Opera qua ego monum,*

*facio, illa testimonium perhibent de me.* Alterum

auscultas diligenter, quando tibi dicit: sum he-

rologista: verum hoc eius dictum te in illo non Similitè-

confirmat: sed quando te inspicente ex ære con-

do,

fin git



fingit totam vnam & alteram, & molam & pondera, & coram te illa componit vt ordinatè fiant: hoc te, postposito omni dubio reddit certiore, quòd sit huiusmodi. Si hortum ingredieris, quænam legitima foret probatio, quòd arbor illa sit piris, & illa pomus, & illa cerasus: credere quide in posses, si hoc tibi assereret hortulanus, cui hæc cognita sunt: sed legitimum foret huius argumentum si hoc tibi singula arbores suis grauide fructibus testarentur: si nãque ceræres hanc piris fructandam, illam pomis, alteram cerasis corallè venustionibus: fructus illi seclusà omni fraude secutissimum ferrent tibi testimonium. Iactas te nobilem, & hoc ex famillæ tuæ confirmas historijs, acque scutis, quæ qualibet profertre potes occasione: sed multo melius hoc tua testarentur: merita si te ad illas enocates: dicendo cum Salvatore nostro: *Opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Gloriaris te esse religiosum, & idem ab omnibus affirmari domellicis: sed illo certo certius hoc opera tua subsignarent. Effers te virum honorabilem, ingenuis natum parentibus: extollis te vt mulierem primatiam iudicio claram, & auctoritate: & in hoc omnes, qui se tibi comites præbent, suffragantur: sed cuius foret ab ipsis operibus habere testimonium.

IX. Fides ex operibus comprobanda.

Iac. 2. 18.

Iob 15. 2.

Hanc rationem proponebat D. Iacobus quibusdam, qui se Christiani os asserabant, & fidei Iesu Christi professores. Opumè dicunt, & ostententur hoc profiteri: porò ego inquit Apoll. velim mihi hoc & opera profiterentur: quando namque hæc te commendant, hæc tibi suffragantur, nemo dubitat: *Sed dicit quis: Tu si hæc habes, & ego opera habeo: ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.* Spectate videtur, quantum conijctio, lententiam illam amici Iob Eliphaz: nimirum, sapientis non esse quasi in ventum respondere. *Numquid sapiens respondebit, quasi in ventum loquens.* Quasdam quaestiones & verificationes proponebat: dicebat autem rem esse vix vllius momenti, velle aliquid vt verum asserere, quia verbis hoc confirmatur: sed quòd insuper necessarium sit firmissimum viro sapienti argumentum, sic non esse, quòd à solis verbis suum habet testimonium. Responsum non est constans, quòd tam parnam habet subsistentiam, vt à nimio rapiatur turbine. Verba tua tuæque famillæ, quam habent certitudinem: Nullam omnino: quinimo leuia sunt adeo, vt ea ventus sustollat, nec mirum: cum illa non nisi ventus sint leuissimus. Non mihi placet, inquit D. Iacobus.

quod verbis mihi respondeas: *Ostende mihi fidem tuam ex operibus.*

Hanc rationem declarat D. Chrysof. homilia quam inscripsit: *Quod Christianum oportet vitam quoque rectam habere.* Vos video (ait ille) fratres mei gloriarì, & merito quidem, quòd Christiani sitis, baptizati, & diuina fide illustrati, spe bonorum caelestium educati. Dico autem vobis, quòd quamuis pius sit & necessarium hæc verbis protestari, non tamen ex illis solis vos esse tales agnoscam nisi mihi vestrà idem opera contestentur. Quando perambulas hortum, hoc quòd intueris, vt inde cognoscas: quoniam hæc sit arbor vel illa, fructus est, quem intueris: sunt autem vtri Christiani fructus bona opera, meritum, integritas vitæ, carnis mortificatio, appetitus abnegatio, & sacramentorum vltus frequentior. *Fideliem enim non tantum ex his quæ sunt, sed à Deo verum & ex his quæ ipse præstat, par est esse fulgere, & ex omnibus esse partibus manifestum, ex incessu, & aspectu, ex habitu, & ex voce.*

Quod si debeam ex his iudicijs augurari, quomodo vis te cognoscam vt Christianum, si quæcumque opera in te confidero, huic contradicant: Si loca perpendas, quæ frequentas, & in quibus conuerteris, nec Ecclesiæ sunt, nec hospitalia, nec monasteria: sed theatra, stadia, lupanaria, tabernæ lutoriæ. *Si à loco te discernere volueris, in circis, & theatris, & iniquitatibus commorantem intueor: in malignitatem concilijs, in foro, in hominum conuentibus perditorem.* Si personam tuam attendero, non te video mortificatum, non itè compositum, nec qualem vult esset Apostolus: *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes:* sed moribus discolorum, insolentem, oculis vagum, velut qui propriam insequitur perditionem: *Si aspectus forma, video cathinam iugiter & dissolutum.* Si oculos conijcio in vestimenta, non video quidquam, quòd spiraret humilitatem & habitum penitentis, sed vestem superbam intueor, instatam & compositam, vt comædo similis esse videaris. *Si à vestibus in scena versantibus, ni hilo melius cerno compositum.* Si te sitio ad illos, qui se tibi vitæ comites præbent: omnes parati sunt adulatorès, leuiorès. *Si à sequentibus, parasitos & assentatores circumducis.* Si verbis & confabulationibus aures præbuero: Deus non auditur, sed nomis eius blasphemia & peritium: nulla de celo, nulla de virtute sit mentio: sed omnia carnis tuæ loquuntur delicias, & grauisima animæ tuæ flagitia. *Si à verbis nihil sanum, aut necessarium, aut nostræ conferens vitæ loquentem audio.* Si

D. Chry. Hom. 23. ad pop. Tom. 4. X. Pulchra probat hoc D. Chrysof. in iudicio.

2. Cor. 10.



mentas vestras intueor: Christianum non redolent ieiunantem, non carnem suam castigantem, sed gentilem Epicurum, qui præter ventrem suum, Deum alium non colit, aut reueretur, ut dixit Apost. *Si de mensa, hinc maior apparebit accusatio.*

*2bi. 1. 19.*

Ex quibus ergo te cognoscam esse Christianum, si omnia opera tua mihi testentur opposita: *Uade, quasi poteris te fidelem cognoscere, dicitis omnibus contraria protestantibus. Christianum dico? Nec quidem in te quidquam video unde te possum cognoscere, quod homo sis: instar iumentum recalcitras, ut taurus lasciuens inflammatis, ut equus indomitus prorsus in mulierem, ventrem ut visus implet, ut animal te farcinas, eius recordaris qui te offendit instar cameli, aliena discerpis cum lupo, cum serpente inflammescis, cum scorpione pungis, cum vipera & aspide venenum euomis, fratrem tuum persequeris, eique malum exoptas diabolica liquidum inuidia. Sed proferamus ipsum Chrysostomum, Quis vero fidelem dico? Nec enim es homo, si manifeste possum videre: cum namque tamquam asinus recalcitras, lasciuus ut taurus, tamquam equus post mulieres inuit, ventri tamquam visus indulgeas, ut mulus carnem impugnes, malum memoria teneas, velut camelus, rapas ut lupo, nequitia tamquam asinus & vipera venenum feruēt, & sicut malignas demon fratres impugnes; quomodo te cum hominibus commiserare valeam, talem in te natura signa, cum non intuear? Quid enim te nuncupem? Feram? Sed uno horum vitio fere tenentur: tu vero pariter omnia circumferem, ad maiorem, quam illa, feritatem progredieris. Demonium? At demon neque ventris feruēt tyrannidi, neque pecunias amat. Cum itaque ferus & demonibus maiores habeas defectus, quomodo te vocabimus hominem?*

*a Hem. 23* In domo Dei (aitur D. Chrysostomus a. D. Hieronymus b. & Theodoretus) c. de rebus non fertur iudicium, nec illis nomen imponitur, nisi s. 50. *Ipsa*, secundum operum attestationem. Si crudelis s. 5. *de* seruas ut leo, leonem te vocant, si cum lupo denotes, lupus audiris, si serpentinis vitas fraudibus, serpens appellaris. Ea de causa Vates

*XI.* Isaias Principes Ierusalem inscribit Principes Sodomorum: & Ieremias lasciuos, qui suis obediunt effrænes appetitibus, equos accusat vocatque effrænes: Michæas suis seruientes voluptatibus, iumenta dicit esse in sito stercore putrescentia: & ipse Saluator Herodem astitum instar vulpis, vulpem appellat: nec non Dominus Petrus effulos in venetem, porcos nuncupat, & qui in vetera relabatur crimina, canis ab eo dicitur reuersus ad suum vomitum ut de illo edat.

cupat, & qui in vetera relabatur crimina, canis ab eo dicitur reuersus ad suum vomitum ut de illo edat.

Ex hac regula declarat D. Chrysost. a. illa Va. D. Chrysost. Isaiæ verba *veni & non erat homo*, D. Hieron. a. Ha. 23. legit. *b. Veni & non erat vir sine homo: omnes enim viri, & homines imaginem relinquentes, bestiarum & serpentium sumpsere imagines. Vnde & ad Herodem propter malitiam dicitur: ite & dicite vulpi huic: & ad Pharisæos: Quamuis viperarum & aspidum vidinosos: & qui insipientes in feminas facti sunt: & de voluptuosis: Nolite mittere margaritas vestras anteporcos: & de impudentibus: neque sanctum datus canibus: & in communi de omnibus. Vnde quædam dicitur, que erant in deserto. Hoc nomine tales appellat sicut & simplices nullo malitiae felle amarus, columbas nuncupat & suis morigeros mandatis, ones, quo nomine suos hodie honorat prædestinatos.*

Expendunt D. August. & D. Bernar. atque illis anterior D. Amb. Prophete dictum, quod expressè reperite non potui, in quo dicit quod dū quidam se coram Deo sisset, audita vox sic: *Eccc homo & opera eius. Quis est iste homo qui seipsum hic coram Deo sisset? Eius opera attendite: illa tibi hoc nuntiabunt. Domine, de illo hic spergitur quod illustri sit stemmate progenitus: de illo, quod vit fuerit honorabilis: de altero, quod boni communis amantissimus: de illa, quod religionem professus fuerit, de illa, quod vidua fuerit: de illa, quod puella fuerit exemplar honestatis. Hæc dicuntur hic in mundo: ceterum ibi non est qui loquatur, nisi opera.*

Quid hæc dicunt? hoc quod hæc ipsa testantur, de singulis statuetur divino conspectui propositis: hæc cum ita sint tu perge tuo tantummodo attendens stemmati & antecessorum facta meditatus atque familie tue domusque antiquitatem, & tui ipsius eminentiam. Multi suam solummodo considerant nobilitatem, parentes antecessores, ex quo sibi sumere possent videntur liberius viuendi licentiam, suisque ad votum seruendi desiderijs. Vultus locutar heu quam graue omnia in Ægypto corrose, & omnia dissipauit. Vnde hoc? Hoc quod nostra vulgata lectio scribit: *Ventus vrens leuauit locustas. Hebræus habet: ut notant Caietan & Lipoman. Orientalis ventus, &c. quo significatur. (interprete Caietano) quod non a meridie, sed ab Oriente ascendit locusta. Notandum autem quod ventus occidentalis illas abstulerit.*

Huic

D. AMBR. Hinc continet quod trinitat D. Ambrosius  
De inffit. dum creatur à Deo mundus, auctoris omnibus  
virog. ad creatis, dixit ipse quod bona essent: *Vidit Deus  
Ensch. c. 3. cuncta fecerat, & erant valde bona.* Creavit ho-  
minem ceteris omnibus superiorem, gratijs,  
Gen. 1. 31. donis, & virtutibus adornatum, insuper & illum  
XIII. Homo in paradiso collocat: nec tamen dicere vult &  
dicitur testatur, quod bonus sit. Ad quid autem hoc  
bonus ex Domine? Expecta vsque dum operetur, & qua-  
operibus. lia fuerint eius opera: dico de illo, quod Ians  
hominis ex illis procedat, & qualia illa fuerint:  
talem de illo ferto sententiam: *Ecce homo & o-  
pera eius. Laudatio eius (inquit ille) non in exordio,  
sed in fine est.* Ex his elicit D. Ambrosius exposi-  
tionem illorum verborum Spiritus Sancti. *Ha-  
sunt generationis Noë: Noë vir iustus atque perfe-  
ctus in generationibus suis.* Au. ego: nobis non  
Gen. 6. 9. aptius viri describeret progeniem, & fortitudi-  
nem, quodque filius fuerit atque nepos virorum  
illorum toto orbe illustrium, Enoch tanta fan-  
ctitate eximij, vt Deus illum in paradysum tran-  
stulerit: & Mathusalam, &c. Hæc erat aliena  
illi & non propria nobilitas, nec illa illustrem  
reddebat Noë, sed illa quam ab operibus suis  
traxit multo nobiliorem: diuino namque idio-  
mate quisque illorum est filius atque ab eis  
suam trahit originem: *Non generu nobilitate, sed  
L. de Noë iustitia, & perfectionis merito laudatur. Probati  
& vera enim viri genus, virtutis profapia est: quia sicut ho-  
c. 4. Tot. minum genus, homines, ita animarum genus iustu-  
tatis sunt. Et enim familia hominum splendore generis  
XIV. nobilitantur: animarum autem clarificatur glo-  
ria, splendore virtutis. Quid mihi conducit po-  
vera nobilitas in virtute. mum mihi deferas & affirmes hoc esse decer-  
prum ex optima arbore regalis horti, si ipsum  
in se putridum sit. Scateatque vermibus? Licet  
de terreno paradiso delatum esset, ipsum asper-  
naretur: potius illa ipsa, quibus teipsum stu-  
des splendidum esse, ipsa sunt, quæ te turpius  
condemnant: quanto namque fructus ex arbo-  
re colligitur meliori: tanto grauius contra il-  
lum expositulas, si talis non sit, qualem esse  
conuenit: & grauior est hinc tua damnatio,  
quod cum naturam & profapiam domus tuæ  
habeas adeo nobilem & eminentem, tua ta-  
men vilia sint opera, & omni despectu dignissi-  
ma.*

Circumstantiam quandam admirabilem ex-  
primit Spiritus Sancti. in auaro illo diuite Na-  
bal Carmeli: declarare vult quam peruersus fue-  
rit vir ille, & omni reprehensione ac vilipensio-  
ne dignus, nec non quam iuste David in illum  
excanduerit. Describit & proponit nobis eius

qualitates easque peruersas, quasi retensens ca-  
talogum. Testatur de illo: *Vir auarus & pessimus* 1. Reg. 23:  
& *malitiosus erat autem degere Caleb.* Primò, 3.  
notat eius crudelitatem, *Durus* Malum est hoc. XV.  
Secundò, peccator in superlatiuo gradu *Pessi-* Malitia  
*mus.* Peius est hoc: an alius restat grauis ascen- Nabal  
dendus, & quis ille? Quod peccator erat ex ma- expendi-  
talia: *Malitiosus.* Duribus modis esse potest quis tur ex  
malus in superlatiuo gradu. Primò, ex parte ma- generis  
litiæ quam committit, quæ est suprema: v. g. si nobilita-  
quis labatur in infidelitatem, vel odio Deum te- prosequatur. Secundò, ex parte dispositionis illius,  
& intentionis, quæ a peior alia non datur: quando scilicet quis peccat ex malitia. Habes hic descri-  
ptum virum in summo malitiæ gradu, sed sepe- est adhuc alia circumstantia, quæ magno opere  
malitiam extollit. Quænam hæc? Quod nobilis esse, & genus duceret ex illusterrimo illo duce  
Caleb, quem ipse Spiritus S. celebrat virum ma- gne fidei, in Dei famularum constantem, tantique  
a Deo habitum, vt cum illi, qui egressi sunt de Ægypto viri tantum, sexcenta milia fuerint,  
omnes ob peccata sua mortui sint in deserto, vt ne vnus quidem de tanto numero terram ingre-  
deretur promissionis, sed filij tantum eorum: so- lus Caleb & Iosue merito sanctitatis, & fidelita-  
tis ac obsequij diuini nomine, illam intrave- runt.

Quæ de causa Domine, peruersas exprimens  
Nabal conditiones hanc vltimam apponis, quod  
con sanguineus esset & nepos Calebi. Quis forte  
dixerit, hoc illi cedere in honorem: etenim qua-  
litas stemmatis eius adeo splendida, cooperire  
defectus personales, quas expressisti debere vide-  
batur. Rem perperam intelligis: imò potius hæc  
est illud gummi iuniperi quo pictor imaginem  
iam pictam aspergit, & colores iam in illa ex-  
pressos clarius conspectui representat. Si fuisset  
hic scurra quispiam, nullâ ingenite nobilitatis  
famâ præclarus, vilissimus terre filius, peruer-  
sus ortus patentibus, aliquam hoc posset excu-  
sationem adferre & de illo diceremus (a) arbor  
erat radici suæ conformis: sed cum vir esset pro-  
fapia splendens, natura præclarus, talis autem  
moribus & viâ eius hoc aggrauat malitiam quæ  
ad eum peruersitatis ascendit gradum vt bonum  
hoc superari, quod erat ipsi à natura in-  
genitum atque sanguinem hunc adeo sanum  
corruperint infames ille perdiditque va-  
tiola?

Ad holidem hic cadit argumentum D. Gre-  
gorij Nazianzen in tractatu, cui prænotauit: p 813.  
*In nobilitate male moratum.* Quod sonat in hoc  
yno

XVI.  
Generis  
nobilitas  
est circū-  
stantia  
aggrauas  
in pecca-  
tore.

(a) Los  
stefos pa-  
receu ala  
ola.

vno quod contigit : cum enim adolescens stemmate præclarus , sed vitæ ignobilis viro occurreret humili nato progenie , sed virtutibus sublimi , cæpit hunc adolescens habere despectum , producens in medium maiorum suorum profapiam nulli comparandam , illius autem stirpem ignobilem . Aulcultat illum alter patienter , tandem hæc respondet : Si mihi probro genus meum est , tu autem generi tuo . Hic D. Gregor. ô vir illustri-  
sime hoc dictum me tibi ex animo effluat , caue . De-  
iude hoc supposito suam prosequitur oratione .  
Si quis deformitatem , aut odoris foeditatem per  
contumeliam obiceret , nihilne aliud responderes ,  
quàm quod pater tuus forma pulchritudine excel-  
lisset , aut suavissime oloro solius esset ? Si quis te  
ut timidum & ignarum cavillis incesseret , nihilne  
aliud diciturus esses , quàm quod maiores tui seponi-  
ro in Olympia vicissent . &c. ? Accidit enim haud ra-  
ro , ut quis pulchram auroque undique rellam cy-  
tharam habens pessimè fides pulset : citius contra à  
vili ac vulgare egregios modulus fundas . &c. Quid  
refert aures cithara , si sonus audiatur dissonus ?  
&c. Stulta de parentibus gloria , cum nulla sit  
profapia tam illustris quæ non abiecta sua ha-  
beat principia personas viles , illegitimas & spu-  
ritias . Saul mulionem agebat , David patrem ag-  
noscebat opilionem , Iephue de latrone natus  
princeps populi à Deo constituitur . Arfaces ex  
latrone Rex creatur Parthorum . Giges de pasto-  
re ad regnum extollitur Lidorum . Valentinia-  
nus primus Imperator filius erat fumum con-  
tortoris Thamorlanus ex Bubulco Rex institui-  
tur Tartarorum . Agastocles Rex Siciliæ de patre  
producitur figulo .

XVII.  
Multi  
nobiles  
ex igno-  
bilibus  
orti pat-  
ribus.

Tullius hostilius prius ovium pastor post-  
modum Rex Romanorum Maximus oves re-  
xit : Maximus Pupinensis equorum erat calcea-  
tor . Iustinus primus Imperator prius fuit Babul-  
eus faberque lignarius . Genus cæteris illustrius  
apud Indzoz qui se filios gloriabantur Abrahæ  
imo & Christi , ex Iuda prodiit qui ex illicito  
conubitu filios progeniit de Thamat & Zaram ,  
quam credunt fuisse Chananzam , atque ex illis  
Saluator noster nasci dignatus est , generis sui  
eminentiam suis referens operibus . Itaque si  
parentes agnoscas nobiles , agnosces similiter &  
multos ignobiles .

§. 18. Sequuntur me . Indiciu est oisium  
Christi gressus eius sequi : præsciti , sicut Ba-  
laam , cum asini sint , caudam affectant pa-  
vonis .

**A**liud prædestinatorum indicium hæc ver-  
ba comprehendunt quæ Dominus de suis  
profert oibus : Sequuntur me . Illud autè  
colligemus , si consideremus argumentum D. Pa-  
circa profundum prædestinationis arcana . Agit  
igitur qualiter Deus quosdam prædestinet , alios  
autem reprobet , & videamus quid sit , quod circa  
prædestinatos ordinet . Quos præscit & prædesti-  
navit conformes fieri imaginis filij sui , ut sit ipse  
primogenitus in multis fratribus . Verbum hoc Præ-  
scit ( ut probat D. Aug . ) non simplicem nobis & desi-  
nadam indicat scientiam , sed scientiam cum ap-  
probatione & electione . Quos præscit signi-  
ficat , quos approbavit , dilexit , & elegit . Hoc est  
iuxta phrasim S . Scripturæ & nominatum eiusdè  
D. Paul . Non repulit Dominus plebem suam , quam  
præscit , id est quam approbavit , & elegit ac dile-  
xit . Et etiam Apostoli Petri : Electis advenis secu-  
dum præscientiam Dei Patris . Itaque significat :  
quos approbavit & sibi elegit ac dilexit , istos prædes-  
tinavit quia secundum doctrinam Docto-  
ris Angelici ( nostro intelligendi modo ) præcedit  
prædestinatio . Quæ est ista prædestinatio ? Signi-  
ficat quod eos , quos approbavit , & elegit , præde-  
stinavit , decrevit & stabilivit ut conformes essent  
imaginis filij sui unigeniti Iesu Christi Domini  
nostri , quem proposuit speculum & exemplar  
prædestinatorum , quem omnes prædestinati te-  
neantur imitari .

Axioma est Aristotelis Philosophiæ Doctozis Arist-  
quod in qualibet specie creaturarum in esse nat-  
turali , Deus unam creaturæ eminentioris Axioma  
& publicè notis præcellentem prærogativis ; quæ Aristote-  
fit velut causa exemplaris cæterarum omnium lis .  
i . huius speciei : quæ tanto magis vel minus eront  
perfectiores , quanto magis vel minus illi cõfor-  
mes fuerint exemplari . Primum in unoquoque ge-  
nere , est causa cæterorum , ait Philosophus In gene-  
re creatorum Spirituum statuit Deus supremum  
Angelum , cæteris puriorem atque ab omni ma-  
terialitate & alteratione , & mutatione magis di-  
stantem , tantò autem creatus Spiritus erit perfe-  
ctor , quanto fuerit huic supremo conformior . In  
genere corporu creaturæ cælum ut perfectior : est  
enim incorruptibile & inalterabile cui peregrin-  
æ noete nõ possunt impressiones . Tanto verò  
corpus

corpus illud perfectius, huic quanto similis. In genere lucis statim solum: est enim velut lucis lous vberimus. Tanto quidquam erit in hoc genere perfectius, quanto luci solis accedit proximus. In genere calidiorum creavit ignem &c.

Quod Deus egit in ordine nature, etiam egere voluit in ordine gratie. Posuit in hoc ordine aliquid in summo gradu perfectionis, cui cetera conarentur assimilari: & tanto erunt in hoc ordine perfectiora, quanto fuerint huic similia.

IV. Christus omnium est exemplar. Coloss. 1. 14. Apoc. 3. 14.

Hic Christus est Dominus noster totius caput sanctitatis, virtutis & gratie. Quia de causa ab Apostolo in prælo loco dicitur, *Primogenitus in multis fratribus*, id est inter filios Dei & alio loco: *Primogenitus omnis creaturae* & in Apocalypsi, *scipsum Deus principium creaturae Dei*. Hic est quæ pater statuit ut caput & causa sit exemplaris, cui conformari debent quicumque sunt imitandi: atque hoc est, quod ait Apostolus, quod prædestinavit Deus & decrevit, ut omnes electi consequerentur effectus electionis suæ & prædestinationis semper Christo similes efficiantur: ut quos Deus celo inferendos elegit, illis proponeret imaginem filij sui: quod enim vobis, quem imitari debeatis: ece quem sequi debetis, eius vultu vestra est conformanda, vestri debent pedes eiusdem insistere vestigijs: si imitari debetis pietatem erga Deum, obedientiam erga patrem, charitatem erga proximos, patientiam in adversariis, vigilias in orationibus, puritatem in conversatione & in tantum tuam poteris cetero conijcere prædestinationem in quantum te videris illi conformem, qui est primogenitus caputque prædestinatorum.

V. Quid significet quod Jacob vestes assumptas Esaus.

Ni fallor hystoriam tangit geminorum Jacob & Esau. Erat Esau natura primogenitus, præcedit autem Jacob illius maioratum obtinere per gratiam, quam illi Deus imbecabat, & ut pater suus illi daret benedictionem. Plenum hoc erat difficultatis, sed à Deo dispositum: quomodo igitur efficietur? Prudentissima Rebecca Jacob veliuit eo modo, ut Esau videretur, & non solum ad hoc pellicos manus collumque co. textit: intuper & eum vestibus Esau induit odoriferis, quas Esau custodiebat: *Vestibus Esau valde bonis, quas apud se domi habebat, induit eum*. Quia plura: sic filium composuit, ut non nisi Esau crederetur. Hoc schemate patrem accedit, petitque supplex benedictionem. Cui pater: fili mi, si hanc intendis signa tibi necessaria est, & conditiones primogeniti: huc accede, & hoc ipsum examine: Accedit Jacob, palpat pater illius manum & collum, & invenit, quod in ipsis similibus fratri ipse sit primogenitus. Notanter autem attendit Hieron. Bap. de Lanuza, Tom. III.

Spiritus S. quod Jacob, ut paternam assequeretur benedictionem & primogenituram, odoriferis fratribus sui se vestibus induit: *Stamm ut sentit vestimentorum illius fragrantiam, benedixit illi, ait. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus, dei tibi Deus de vere caeli, &c.* Profundum hic latet mysterium.

46

Omne bonum Jacob in hoc consilabat, quod maioratum obtineret, quod se in forma ac figura fratris sui primogeniti præstaret, & mater hoc ita disponeret ut fratris sui vestibus indueretur fragrantioribus. Hoc autem significat, si primogenituram ambias Christi, eius gloriam & regnum oportet te formam illius assumere, atque illo modo componere quo te movit Apostolus. *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manserunt in corporibus nostris*. q. d. Assume in te Christi mortificationem, ut ut quicumque voluerit vitam Christi habere exemplar, hoc in tua conspiciat. Vestes illas odoriferas & tunicas fragrantas, virtutes eius significat, & supremam fragrantiam: quas optime cognoscebat, qui illas ita subtiliter expendit. Dandum inquam, quando Dominus huic caelesti locutus sic canebat: *Myrrha & gutta & casta à vestimentis tuis, à domibus eburnis*. O princeps eminentissime, & æternitatis primogenite quam fragrantas sunt illæ tuæ vestes! Ex illis odor emanat suavissimus, imo myrrha & gutta & casta fragrantior, quo mille & mille corda confortentur. Quam suavis humilitas? Quam flagrans eius charitas, patientia & oratio? Quam odorifera erga Patrem obedientia atque salutis peccatorum desiderium? Caput confortat & nostrum corroboret intellectum vitelque cordi subministrat. Has mater nostra servat & cel. sua. Int altera Rebecca, in scripturis S. Scripturae de quibus David: *A domibus eburnis*, ad perpetuam in corruptionem. Vestes illas tu assume, ut vita tua conformetur vitam Christi, tua conversatio, tua opera, gressus tui Christum exemplar imitentur: hoc enim indicat tibi Apostolus, his verbis: *Imitamini Dominum & sicut Christum*. Mystica illa animalia vatis Ezechielis, si quidem propriam signula haberent figuram, tamen miro sic modo eam habebant dispositam, ut unumquodque in se præferebat imaginem & sicut induerent filij hominis, qui in medio eorum erat in similitudine electi: sic exponitur illud, quod ait Propheta illa considerans: *Similitudo hominis in eis*.

VI. Christus induendus est à nobis. Cor. 4. 10.

44. 7.

Ro. 13. 14.

Ezec. 1. 9.

Pependit D. Ambrosius, prin. i. ps. verba: *Et erit p. sal. 1. 3. in aquam ignem, quod plan: aison est secus decem suis Aquarum*. Quod mirum David loquatur de Christy Christo.

G g g g g

ignū  
vi a  
sij ar  
borū  
in exē  
plum.

Christo, cuius expressa figura erat arbor vite  
quā Deus collocavit in medio paradisi, idque  
danno quodam artificio, ut omnes ex illa disce-  
rent, atque in tantum ceteræ bonæ conferentur,  
in quantum essent illi conferentes: Pulcherrimum  
in medio lignorum arborum: quia et in medio dis-

centium. Et hoc est (si quis ille) quod David de  
viro stavit, qui in hac vita per spem dicitur bea-  
tus: Erit tanquam lignum, quod plantatum est se-  
cus decursus aquarum, id est erit similis Christo,

qui sicut lignum plantatum secus decursus aquarum:  
In ista  
3. To. 1.

quæ in se habebat manentem gratiæ spiritualis  
ubertatem, de quo dicitur: Iesus plenus Spiritu  
Sancto, regressus est à Iordane. Atque in hoc tota  
vestra sicut beatitudo, quod vobis imprimatis  
Christi similitudinem, linguam vestram com-  
pactam, oculos vestros refrænetis, pallus ves-  
tros dirigatis, manus vestras emundetis, eius  
vos charitate vestiat, & illi, qui vos persequi-  
tur & odit, beneficia præstetis eximiora: illius  
erga patrem suum cœlestem discretis obedetis, etiam  
vos diuina illius in aduersariis conformando  
voluntatis ex illius mortificatione cum vigilijs  
& ieiunijs, vestrum feruet desiderium, ut in  
omnibus Deo placeatis, fiatque illud, quod A-

post. ait: Sicut portamus imaginem terre, por-  
tamus & cœlestis. Hoc autem ut verò verius ere-  
dite: quod si prædestinati sitis, Christum sequi  
vos oportet & imitari.

VIII.  
Pessimi  
petunt re-  
gnū Dei.

O mente captos quosdam, imo plures, qui cœ-  
lestem præcedunt intrate gloriam & tota fidu-  
cia illud quotidie ingeminant: Aduenit regnum  
sum: cum nihil sit illis minus cœli, quam ut  
vitam suam & actiones Christo Domino conformet  
exemplari: nam suis in omnibus placent  
voluptatibus, student delicijs, indulgent vanita-  
tibus, & pergit quocumque eos rapuerit appeti-  
tus. Similes sunt illis, in quibus D. Ioan. nobis  
figuram proponit reprobatorum, quæ feruentes  
videntur ut ostendant bona sua esse desideria, &  
quasi vitam suam desiderant, à Christo doceri in  
eo quod tanti illis referebat, nimirum, in illius  
perloax cognitione, atque ex alia parte omnes  
eorum gressus, & opera, sunt illis opposita, dum  
sua se regi passione maleuola patiuntur, atque  
cœca voluntate, quæ intellectus eorum visus ob-  
fuscat. Quam eleganter illos depinxit Apostolus  
imo deservit, de illis sic locutus: Multi ambu-  
lant, quos scire debetis: (nunc autem scitis  
dico) inimicos crucis Christi, quorum finis inter-  
tus, quorum Deus venter est: Quot ambulat non  
solum Christum non sequendo qui sibi baiulat  
sucem, sed per oppositum, velut Christi cru-

1. Cor. 13.  
49.

cis inimici: Homines, qui præter ventrem suum  
nullum alium adorant coluntque Deum, sibi  
ipsis sacrificant, nihil aliud mente volunt, ni-  
hil intendunt, nisi carnis delicias, opum argu-  
mentum, scilicet voluptates: Et qui finis eorum  
nisi mors sempiterna? Quorum finis interitus,  
quod si contraria procedant via, quam Christus  
ad contrarium oportet, ut terminum perueniant.  
Christus proficiscitur ad Patrem & tendit ad cœ-  
lū, qui contraria ingreditur via tandem in ba-  
rattum præcipitabitur. An cœlum vis iurare: il-  
lū sequens, illum imitare eo tendentem.

Stultum dixeris Balaam: hic enim optimam  
attendit sortem eorum, quibus Deus benedixit,  
nec eandem cum illis capere vult viam, sed  
oppositam illum audio suspirantem: Mortuar a-  
nima mea morte iustorum, & sicut nonissima mea  
horum similia illis in vita similis esse contemnit,  
quibus tamen in morte cupit assimilari. Quot  
huius sunt farinae homines? Ut sancti morti cu-  
piunt, & exitum optant prædestinatorum, qui-  
bus Deus benedixit: vitæ tamen mores in om-  
nibus & per omnia volunt insequi contrarios. An  
desideras ut tandem finias in aeterna beatitudine,  
& nil aliud intendens, quàm tuis vacare deli-  
cijs, indulgere vanitatibus, & Satana gressus  
imitari? Quam acutus & factus fuit ille patet  
eremicola, qui hanc mortalium aduertens amen-  
tiam, ad mundinas properavit mercatorum tur-  
ba celeberrimas, qui lingui suis gnauiter pro-  
more suo rebus insudabant. Ad forum festinat,  
atque necessarium sibi equum. Adducitur ad  
stabilum, in quo multū emendi proponebantur:  
inuictor illos, & ait: hic nullus est quem in-  
quiro. Ad aliud deducit, ait: nec hic simili-  
ter, cuius igitur formæ equum desideras? Quo-  
to, respondet ille, talem cuius caput, aures, ocu-  
li, collum, pectus, corpus & venter sit equi, ha-  
beat autem eandem panonis pulchram & ocu-  
latam, quæ omnium ad se alliciat oculos. Ride-  
re omnes, & irridere virum. Patet mihi: quoniam  
hæc mentis amentia? Vbi nam tetarum tales  
credis equos posse inueni? Hec vos miseros,  
respondet, quàm multi in his mundis tales in-  
ueniuntur, imo vos omnes estis, quotquot huc  
conuenistis. Dicite mihi, qualis est vita vestra?  
An non ut iumentis: tota transigitur in cogitan-  
do de potu, esu, delicijs, voluptatibus, sensualitate,  
& appetituum vestrorum indulgentia, qui-  
bus ut iumenta vos duci permittis. Vestri oculi  
liberè diuagantur, est lingua effrans, passus  
inordinati, continere lasciuia, ibique solum vos  
detinetis, vbi baculum cernitis, qui vobis possit  
laicæ

IX.  
Talis erat  
Balaam.  
Nu. 23. 10.

X.  
Facerem  
Eremicos  
le dictū

latera contunderè: nihilominus eandem appetitis pavonis mortemque prædestinatorum. An ergo viuentes vt animalia immunda, desideratis vt hinc vestri cauda sit vt ut D. Franc. Diui Dominici D. Antonij alicorumque prædestinatorum? Hoc vestram arguit amentiam, atque de hac tu quoque charissime argueris: taliter enim qualiter visis cælum tibi, certo polliceris, & mortem speras sanctorum, qui vitam duxilli iumentorum. Atteude, quod si ad thronum gloriæ h. eleuandus, necesse est, vt Christum iuiteris & sequaris: nam de suis sic ouibus testatur: *Sequuntur me.*

S. 19. Vitam æternam do eis. Illi velat symbolum præscitorum ostendunt se suspensos: illos etenim veritatis Dei constringit laqueus, ex quo se multi expederunt, facti hæretici, ne illo constringerentur.

47 **E**st hoc tertium signum, quod Christus ouibus suis assignat: nempe, quod det illis vitam æternam, & iam in præsentis *Do eis.* Hæc est quædam participatio gaudij, solaminis & lætitiæ beatitudinis, quæ in anima sua potiuntur, prout declarabimus, signum inter alia maxime principale, ex quo colligere facile possis, vtrum aliquis sit prædestinatus: directè oppositum illi, quod D. Ioan. nobis in reprobatis his deservit: etenim illos milleis proponit tortos in anima doloribus & anxietatibus. Quam appositè nobis illos delinæat, aux iatos, suspensos, turbatos, inquietos, mille in corde suo cruciatibus exposito Christo Saluatore dicentes: *Quisquæ animam nostram tollit: Quousque tandem nos detinetes inquietos, turbatos, & suspensos? Miso modo declarant illi cordis sui penas & angustias, dum se suspensos esse declarant. Omnes nouimus, quanta pœna sit quam ille patitur, qui patibulo suspenditur ex contrarietate quam sustinet. Corporis pondus versus terram deprimit, tanto formus, quanto est grauius: studens enim ad terram attingere, ipsum laqueus à parte superiori detinet ne pedem in terra defigat.*

*In psal. post med.* Expendit D. Chryl. dolorem, quò talis premitur inter terram cœlumque medius: si namque versus cœli partem vel superiorem conetur ascendere, illum corporis præpedit grauitas: si descendere & in plano consistere, non hoc illi laqueus permittit, quo collo suspenditur: vade in omnem partem vires adhibet nunc solum versus humeros attollendo, quasi qui labore ascendere,

nec potest: & ex alia parte conatus ad terram a-  
guando pedes pettingere, vt in illa subsistat, &  
illi pariter est impossibile. Illi s. atende suspensio-  
rum pœna cruciatos. Ex vna parte grauissimo  
in anima pondere premebantur, quo de rsum  
tendebant: ex altera leuico quo sursum attolle-  
bantur. Quodnam est pondus animæ? Respon-  
dent D. Augustin. a. & Gregor. b. affectus est,  
quo fertur in aliquid amore, vel odio, quo illud  
execratur: *Amor meus pondus meum, illo feror.*  
*quocumque feror.* Quam fortiter te trahit amor,  
quo filios tuos complecteris, aut vxorem, aut tibi  
charissimos? in hoc quis te detinebit? Deinde o-  
dium, quo tuum exhorteris inimicum, quauis  
te trahit vixibus vt illi malum mortemque desi-  
deres? Nec loqui potes, nec bene de illo sentire,  
sed nec illum muteri. Hoc pondere premebantur  
illi affectu scilicet viæ propriæ, dignitatum, o-  
pium, & facultatum: his enim complectebantur  
quidquid habebant, & hoc tantummodo diligebant:  
deinde odio flagrabant in Christum: vide-  
batur enim illis ipse esse obstaculo, quo minus  
his plene & pro voto suo fruerentur; vnde illum  
abominabantur, sic vt nihil ita in mundo dete-  
starentur.

Geniuis hos coloribus depingit Spiritus S. in  
Libro Sapientie, ita ad litteram, vt illos ipsos  
quasi conspiciere videatur, quæ alter studeat Chri-  
stum circumcingere, nobisque verba proponit,  
quibus in concilio suo mutuo loquebantur, vt  
annotarunt SS. Doctores D. August. a. D. Am-  
brof. b. D. Cyprian. c. D. Prosper Aquit. n. d.  
*Circumueniamus istum: quentiam inuili. Et nobis.*  
*Et contrarius est operibus nostris, Et improperat*  
*nobis peccata legis, Et diffamat in nos peccata dis-*  
*cipline nostra Et c. Factus est nobis in iraductionem*  
*celestium nostrarum. Grauis est nobis etiam ad*  
*videndum, Et c. tanquam negates. Estimatis sumus*  
*ab illo Et abstinet se à vijs nostris, tanquam ab im-*  
*mundis, Et c. Declarat hic Spiritus sanctus va-*  
*tinianum odium, quo Christum abominabantur,*  
*& rationes receuset, quibus incidebantur, quæ*  
*eum tanta sint, pondus constat est ex eis, &*  
*flumen immensum quale componitur, dum mul-*  
*ti in illud riuuli conueniunt. Circumueniamus,*  
*inquit, efficaciter hominem hunc, & corona*  
*illum velut hostilem ciuitatem circumcingamus,*  
*atque omnia in illum tormenta nostra bellica*  
*dirigamus? Circumueniamus istum. Cum e-*  
*nim subsidio sit pauperibus isque beneuolus,*  
*nihil in commodum nostrum, lucrumque ope-*  
*ratur: Inuili est nobis. Quomodo se nobis o-*  
*stendit, nostrisque operibus aduersarium, nos*  
G g g g g 2 m. lo

Lib. 19.  
Conf. c. 9.  
Lib. 19.  
Mor. c. 4.  
II.  
Amor &  
odium  
pondus.  
III.  
Iudæorum  
cruciatos  
exponitur  
Sep. 2. 12.  
a. L. 17. de  
cin. c. 20.  
Et lib. 12.  
contra.  
Faust. c. 44  
b. L. de lo-  
sep. c. 3.  
in ps. 55.  
c. Lab. de  
no die Sina  
Et Sion  
2. cont. In-  
dæos c. 14.  
d. Lib. de  
predich. p.  
1 c. 26.

nullo habito respectu redarguens irreuerenter  
*Contrarius est operibus nostris.* Quotidie nos, vt  
 legis insinuat prauitantes, quodque cum  
 illam arctius tenemur obseruare, illam frangamus  
 inuerecundius: *Improperat nobis peccata legis.*  
 Euidenter conuincit probatque nostram doctrinam,  
 & traditiones esse peruersas: *Diffamat in nos pec-*  
*cata disciplina nostra.* Nec illi sufficit opera no-

Mat. 11.

Ecol. 2.15

stra, quae manifesta sunt arguere, sed insuper in  
 medium producit abstrusas cordis nostri cogita-  
 tiones. Hoc namque significatur his verbis: *Fa-*  
*ctus est nobis in traditionem cogitationum nostrarum.*  
 Quia tradidit idem est ac pudescere, &  
 omnium oculis exponere, ea phrasi qua dixit D.  
 Matt. de sanctissimo Ioseph quod videt: vxorem  
 suam pregnantem, sanctissimam scilicet virgi-  
 nem, *Noluit eam tradidit.* Et D. Paul. expositu-  
 sus qualiter Christus per crucem suam diabol-  
 um affecerat ignominia, sic ait: *Traduxit confi-*  
*dentem palam, &c.* Nos corripit vt simulators,  
 hypocritas, & nugaces: *tanquam nugaces astuna-*  
*ti sumus ab illo.* Omnimode grauis nobis est, &  
 illum intueri, morte non est leuius: *Gravis est*  
*nobis etiam ad videndum.* Nihil interest vtrum il-  
 lum aut diabolum intueamur. Non est hoc leue  
 pondus occidamus illum: *Circumuenimus il-*  
*lum.* Habes hic, qua venerint intentione, *Cir-*  
*cumdestrunt eum:* vt illi finem imponerent, sicut  
 diximus.

IV.

In Zachorū

in Chri-

stum odii

Ecce, quam graue pondus odij cordis eorum,  
 quo in profundam mergebantur abyssum Chri-  
 stum occidendi. Ex altera vero parte fune strin-  
 gebantur veritatis, etenim cognoscebant eum,  
 cuius necem machinabantur, iustum esse, san-  
 ctum, innocentem & verum promissum in lege  
 Messiam: fortis erat hic laqueus: etenim tribus  
 constat funiculis: hoc est triplici genere pro-  
 bationis, qua Christus confirmabat illis verita-  
 tem. Primus erat Sacrae Scripturae: *Serui amici*  
*Scripturas &c.* Secundus erat doctrinae suae, quam  
 illi fatebantur veridicam, & summo opere mira-  
 bantur. Tertius erat diuinitatis operum suorum,  
 quae testibus illis fecerat, ipsique dicebant quod  
 licet ille Messias non esset, ille tamen qui esset,  
 facere non posset eximiora: *Christus cum vene-*  
*rit, nunquid plura signa faciet, quam qua hic faci-*

Ioan. 5. 59

Ioan. 7. 31

Ita vt in rei veritate de illo cognoscerent, quod  
 ipse filius esset Dei, & promissum in lege Mes-  
 sias, & ita hoc ipsum parabola illa declarauerat  
 de agricolis, qui venientem Dominum sui filium  
 conpiciati, eum agnouerunt, & mutuo collo-  
 quebantur: *Hic est heres venite, occidamus eum:*  
 vt notat Diuus Hieronymus. Eos igitur perpende

Matt. 21.

33.

suspenso, ex vna parte Christum oderant eam-  
 peius & angue, ipsa morte peius & diabolo: hoc  
 autem pondus eos deorsum traherebat & incita-  
 bat, vt in abyssum, illum interficiendi, praecipita-  
 rentur.

Veritas, qua cognoscebant quod filius esset  
 Dei verusque Messias, sursum attrahebat. Si occi-  
 derimus illum, Deo filium suum interimus nos-  
 bis autem liberatorem nobis promissum. Si di-  
 mittamus eum inuicem, & recipimus, capita-  
 lem nostrorum recipimus inimicum. Suspenso &  
 pedes agitantibus tenebantur, etenim illos veritatis  
 funis adstringebat, vim adhibebat, vt illam di-  
 rumperet, attamen ita cognita erat & probata,  
 vt illam frangere fuerit in possibile: *Funiculus*

Eccl. 4. 12.

*triplex difficile rumpitur.* Conabantur sursum af-  
 cendere, an illum reciperent secundum illa, quae  
 de ipso agnoscebant, sed non permisit illis odij  
 pondus ex amore proprio compositum. Quid fa-  
 ciemus? Ecce quanto dolore premantur: *Quo-*  
*usque animam nostram tollis?* Heu miseris vos,  
 & praefatos, descendite funem, vos ipsos hac  
 poena liberate. Quandoquidem illum cognosce-  
 tis, vt Messiam: in altum vos erigite, atque vt  
 talem ipsum recipite: Non permisit nobis tale  
 quid odij pondus: nam illum vt crudelem ha-  
 bebimus inimicum, nec animus est nos ipsos illi  
 subijcere. Ergo funem dirum pite, & vos ipsos  
 ipso pondere trahi permittite, ipsum inquam in-  
 terfice. Absit hec omnia: video us enim,  
 quamuis nos taceat quod Messias sit, & illum oc-  
 cidendo, Deum ipsum occidamus. Illo ergo  
 dolore suspensum vos ipsos torquere, *Quousque ani-*  
*mam nostram tollis?* Accedit medicus vsita-  
 febri citantem viribus omnino destitutum: pul-  
 sum re-itat, & haeret suspensus. Quid est Domi-  
 ne doctor? Suspensus haec eo, quid acturus sum  
 ignorans. Si sanguinem extulerit pra debilitate  
 moritur. Si non fecero, cum calor intem-  
 perat, quid agam? Hoc modo suspenduntur illi. Si re-  
 cipiamus illum, recipimus vt Dominum nostrum,  
 inimicum quo sub sole non habemus acriorem.  
 Si occidamus, ipsum Deum occidimus, qui  
 procul dubio tam enorme castigaturus est seuerē  
 flagitium.

Elegantem illos proposuit Deus Zachariae Pro-  
 phetae in illa visione celebri, quae cum vna sit,  
 in illa tamen illi plura demonstrabat, sic illam  
 expendunt diuersis sensibus SS. P. P. vnde de  
 illa sic ait D. Hieronymus. *Multiplex in prophetia,*  
*gnia vnica te multa praedicebat. Accedit ad eum*  
*Angelus, atque; & Vates attolle sursum oculos,*  
*& vide quid illic appareat. Aspiciat Propheta &*  
*quidquam*

V.

Allegoria

de amphi-

ra

In Epi ad

Paulin.

quidquam



quidam videt quod non valebat perfecte discernere: quocirca Angelum interrogat: Domine mi, quid est hoc? Cui Angelus: vas est leu amphora illam igitur distinde contemplare, quod putas intus la ere? Domine: Ecce mulier vna sedans in media amphora. Domine: quam est ista mulier? *Ecce est impietas.* Itaque dici potest, quod impietas totam impleat amphoram. Statim post hæc vidit talentum seu grauisimam plumbi massam amphoræ insidentem: deinde ecce duæ mulieres ex altera parte alis instructæ: milui aduolantes, amphoram, sic vt erat, assument & *Leuauerunt eam inter terram & cælum.* Quid est hoc? An illam suspendunt? Quis forsitan dixerit quod ita, quia ex vna parte, illam in aëre mulieres suspendunt, atque ex altera pondus illud immensum eam deorsum trahat. Domine mi, quid tandem huic misere obueniet: amphoræ relinque illam d' Vates, inquit Angelus, vt in aëre libretur: etenim in terram deicienda est Babylonis, terram, iniquam, confusionis. O mirabile mysterium? Amphora hæc vt interpretatur D. Gregor. cum alijs SS. PP. Synagogam significat & reproborum horum concubulum. In his sedem fixit impietas, per hanc designata mulierem: quæ impietas? in sensualitas, an cupiditas, an ambitio, an vltura, an furta? Nullam in specie numeret sed totum lume corpus impietatis. *Corpus peccati,* quod dixit Apollol. tota namque impietas erat in illis: *Peni estis rapina & iniquitates:* ait illis Dominus. Non celeri et ambulabat, non stabat, sed *selebat. Mulier sedens,* & non in vna parte sed *in medio:* totum enim pectus & cor occupabat.

Zachar. 5.

Eib. 4.  
mor. 6. 28.

Rom. 6. 6.  
Mat. 23.  
25.

49  
Hier. 27.

Sic ait Propheta Hieremias: *Peccatum Iuda exaratum super latitudinem cordis eorum.* Attollitur præ grande plumbi pondus id est amor terrenorum, tacultatum, honorum, filiorum, dignitatum, ex quibus natum est pondus illud odij, contra Saluatoris, quia ipsis erat aduersarius. Quam immensum erat illud pondus, vt ante diximus. Obijciat: quietum & sedatum erat: vas illud in terra pondere tanto plumbi prægrauatum. Non ita, quia prodierant inde duæ mulieres alas milui præferentes, illudque leuauerunt, & per terram cæliumque statuerunt. Quoniam sunt illæ mulieres, alas habentes milui? Miluus auis est cui inter aues inferiores visus attribuitur perpicacissimus, quod ex eo patet, quod à longè detegat lacertas, vnde in eorum proverbio quo significat intendimus oculos perpicaces dicimus *Oculus miluina.* Duæ illæ mulieres duas proferunt propositionis & veritates quas illi perpicaciter intelligebant. Vna erat, quod solliciti & perpicaciter

scrutarentur scripturas: nam continuo Messiam expectabant, ex his colligebant quod esset futurus Verus, qui conditioes haberet & qualitates quas illi exprimebant. Altera erat, quod Christum ex omni parte conuenientes, oculis valde apertis, vitam eius doctrinam, opera, miracula, cunctas in eo notarent qualitates, quæ de Messia erant præmittiata. Itaque ex vna parte hæc veritas eorum detinebat intellectum, verus Messias erit ille, qui conditioes, hic expressas habuerit. Ex altera parte alia ens: neque derimebat: in vno hoc illas lucente notamus conditioes.

Hinc est quod quamuis pondus odij, quò contra Christum ad eum, illos deorsum traheret in abyssum illam inclinando eum occidendi. Illæ tamen mulieres, sursum eorum leuabant intellectum, quò elate cognoscebant, quod si occideret illum, Deum suum, redemptorem, Regem ac Messiam interficerent. Quid agitis propterea vos videtis inter cælum terramque suspensas, fumen dissoluite, & omnino deorsum vergat. Ne quimus: etenim, quæ illæ mulieres nostrum detinent esse ac ita intellectum. Sursum igitur ascendite, & illum recipite quem esse cognoscitis. Non nobis hoc permittit odij pondus: etenim illum, vt hostem habemus inimicum. Expresit hoc elegant. Philosophiæ professor primarius Aristoteles, nullam grauiorem intellectui penam esse posse, quàm duabus constringi veritatibus, vel propositionibus, ex quibus nullam potest formare conclusionem. Si in illo duæ itæ veræ residerent, propositiones Rex & Dominus illa legitimus debetam requirit obedientiam; & ille qui vobis adest Rex est Dominus legitimus, quomodo ergo cohibebis intellectum vt non dicat: ergo huic debetur obedientia? Si in præmissis hæc uterque velles intellectum cohibere ne vltimam id est conclusionem possit formare, illum suspendentes & quasi vni inferres hoc modo suspenduntur illi, & delinuntur in aëre, verum symbolum reproborum.

VI.  
Iudæi, de  
recipiendo  
Christo  
graniter  
torquetur

Que tales videntur in mundo, quos ex vna parte pondus anime trahit deorsum, & testis veritatis sursum attrahit, & detinet suspensos inter cælum & terram medio pedes agitates, vt suspensi. Hic suo detentus concubitu reteritur hinc videt se esse in statu mortis & inimicitie Dei, & proximum, quem Diabolus secum prædam abripit, hoc autem vtget illum, vt ex illo seipsum eripiat verum illinc retrahit pondus affectus sui ad alteram, vel ad delicias & lasciuas, vnde miserè suspensus sic ait: quid agam? Si hæc non manu misero mulierem, Deo & anime meæ

VII.  
Tales  
multi in  
mundo  
sunt.

G. G. G. 3. def.

deficio: si vero demifero, meis prior delictis, & dum illum non video, vita mihi videtur exspirare: suspensum te video. Alter est qui iam à multis diebus aliena possidet bona, cordis inuiscerata venolis: ex vna parte illum detinet diuinae fumis veritatis: si non resistuo, me Diabolus prosterneret; & hoc quidem momentum potest & quidem vnicoflatu hæc via terminari; ego veto æternis damnari supplicijs, opes autem illis remanebunt, qui gratias nunquam sunt relaturi. Quod si resistuero, cordis mei intimum extraho sanguinem, & honor meus vilescit. Hæc te miserum eo modo pendulum, laqueum hunc dissoluito, & repudiato mulierem. Domine, tantallicus emoriatur. Alieqa resiste: Domine deficient mihi facultates: an hoc dolore crucians? Habe te vt condemnatum, & time te amphoram esse inter cœlum terramque suspensum: cilijs sedes sitam Babylonia: hæc namq; confusio quã premeris erit perpetua, perpetuis addicta supplicijs, hic illotum est cruciatus. Facile poterant illi laqueum dissoluere: scilicet finem veritatis vel mendo, quo ligabatur intellectus eorum; quod Christus verus esset Messias: hoc enim me suum fuit apertissimum, quod multi vti sunt, & adhuc viuunt, vt se tali dolore eripiant: si nempe finem rescindant veritatis quo detinetur eorum intellectus, vel ab illa se liberent, eo modo quo suspensus collum suum de laqueo educit, quo firmum figit in terra peccati iam à dolore liberatus.

Orat. 3. de Resurrectione.

VIII. Sed maxime hæretici & Gentiles. Lib. 21. de ciuit. c. 18.

D. CHR. Hom. 7. in Ioann. Tom. 3.

Sic multi fecerunt hæretici, quos SS. PP. referunt. D. Gregor. Nyssen. ait quidam perfidos constrictos veritate, quã iudicium credimus & venturam carnis resurrectionem tanto fuisse dolore cruciatis eorumque tanopere delicias amaricatas, vt rescinderint veritatem & collum suum ex illa detraherint, illam minime credentes, imo negantes: iudicabant enim quod credere finale iudicium, quod fides docet atque eo modo viuere, quo prætendebant, nil aliud esset, quam perpetuis anxietati cruciatibus. D. Augustin. de alijs commemorat quod vitijs suis deducos vehementer angeret præuaricus timor infernalium, quocirca finem resciderunt veritatis Catholicæ, eamq; pertinaciter abiurarunt sibiq; persuadentes, quod illæ tandem finem essent habitura. D. Chrysost. admiratus Pauli Samosatani nequitiam, qui finem veritatis fidei dirupit, sic ait: non illud egit eo quod in illa posset arguere defectum, sed quia se constrictum illã deprehendens, sine magno nõ poterat suspensus cruciari: lasciuus vt mulierculæ, quam inordinatè diligebat, amplexibus: In

duc magis maxime admiratus sum Pauli Samosatani insaniam, qui vultu tam manifesta audeat repugnare veritati, & seipsum sponis sua in errorem precipitem dare &c.

De pluribus refert D. Gregor. Pont. quod Lib. 10. colla sua subdere veritati fidei recusant: quia mor. c. 12. graui int corde suo cupiditatis pondere pressi considerant, quod si illi seipios alligent, in aëre eos suspendi oporteat. Præcipua ratio inquit D. Athanat. ob quam plurimi gentiles intellectum suum tui veritatis fidei noluerunt innectere, hæc fuit, eo quod grauari se sentiebant affectu, quod delictis & lacris afficiebantur: eronim intelligebant, quod recipiendo ea, quæ fides docet, nisi pondus illud tollerent immensum penam essent toleraturi suspensorum. Hanc esse dicit rationem, ob quam moderni heretici finem huc diraperint, atque ab eo seipios liberarint Catholicas negando propositiones veritatis: videbant enim, quod si illis se submitterent, tantum, eos passionum suarum pondere deprimere, dolorem necessano sentirent resse suspensorum. D. Paul. idcirco monebat, vt quatenus essemus in fide securi, & intellectum nostrum ab illa non dissoluere: peccatorum pondere & terrorem affectuum nos expediremus, pariter & illo, quod secum trahit peruersa conscientia.

Orat. contra Iulianum.

Eur qui liberè & imperturbatè prædati desiderat, & canem audit latrantem, studeat illum interimere: quod si lucernam viderit ardentem, ipsamque manifestantem, exufflat, eamque conatur extinguere. Hic mos est perditorum hominum qui liberè suis volunt indulgere voluptatibus, quibus adlatat velut canis fides Catholica, & eorum prodit, vt lux clarissima, nequeas. Optarent illi perfidi veritatis finem, quo ligabatur eorum intellectus, dirumpere, & de Christo crederet, quod Messias non esset sed incantator & illusor, quo possent illum, absque scrupulo interficere, pondus malitiæ suæ grauissimum sequentes, & odio voluntatis suæ peruerso sati, facientes: atque ita omnes possibiles neruos imendebant: in tantum vt aliquando abnegarent, quod de diuina eius persona crediderant, verumtamen adeo clara & perspicua erat illa probatio, quam Christus de illa promebat, vt fidem interdiu ex peruersa sua negarent malitia, tamen vel perumper considerando non poterant, vt beneuolebant, eam abnegare.

IX. Sin. Iulian. do.

a He. 49. in Ioan. d. 3. b. 24. c. 140. ex Gen.

Ex his declarat D. Chrysostomus. a. & D. Iustin. Martyr. b. duas sententias quas illis Saluator propulerat, quæ sibi vi. ebantur oppositæ, eamque

X.  
Dux  
Christi  
sententia  
conci-  
liatur.  
Ioan. 7.  
27.

Ioan. 8.  
19.

D. CHR.

eaſque refert D. Ioannes. Cum Dominus die quodam ita ſubtiliter prædicaflet vt in admirationem raperet auditores: plures ceperunt percontari: Numquid hic eſt Chriſtus? Quibus dicitur: Quis dicit de me percontari? quali me non agiſſetis? Ite, optime me noſtis, & vnde venemini non ignoratis: Et me ſcitis & vnde ſim ſcitis, & à miſſo non veni, ſed Pater miſit me. Paulo poſt cum illi à Chriſto quaerent, quis eſſet & quis Pater illius: reſpondet: procul hinc abſcedite, Neque me ſcitis, neque Patrem meum. Si me ſcitis, forſitan & Patrem meum ſcitis. Quomodo hæc dux eorum ſententia? Quomodo inquit D. Chryſoſtomus. Hinc à Iudeis ſcitis, vnde ſit. Et iterum nequo ſe neque Patrem ab ipſiſ. in ſcitis. Num contraria loquitur? Chriſtus veritas eſt, & illa ſibi minime contradicit. Ambæ propoſitiones erant veræ: quia frequenter tantum errorum malitia porcus; vt intellectus eorum obſcuretur, cogereſque credere Chriſtum eſſe impoſtorem, & Diabolo confederatum: peritias, dum conſiderant opera prodigiſa & doctrinam non vulgarem, quantumlibet niterentur vt non crederent eum eſſe Meſſiam, tamen non poterant: quia ipſis vel iniuſis, ita clare perfidos illos comuinebat intellectus, vt non poſſent illud abnegare, nec huic ſe eripere veritati, quocirca velut tunc quodam ſuſpenderantur, ſicut ſomodo præſentant.

§ 20. Reſerunt iſti præſcitos: nam Chriſto malitia ſua culpam adſcribunt, vt perfidus ille ſeruum.

15

I.  
Ablalon  
ſeipſum,  
non Da-  
uid quer-  
eu ſuſ-  
pendit.  
2. Reg. 18.  
31  
2. Reg. 18.  
33.

Perduellis accreuit eorum nequitia: eum enim cernent ſeipſos nequa iura poſſe diſſoluere, dirampendo fune: velut rabiſi concurrunt, & ſuſpenſionis ſuæ Chriſto culpam imputant auctori. Quomodo autem animam niſtram tollis. Quia de cauſa, & quomodo tandem nos ſuſpenſos detinet, & quali prælocatos? O perduellis Ablalon, nec enim te tuus ſuſpenderit Pater, nec ipſe te ſuſpenſum detinet nec tale quid aut voluit, aut decreuit: imo potius voce publica cunctis iſuis præcepit ducibus, & militibus: Seruare puerum Ablalon & deinde æternam tuam calamitatem nemo calidioribus quam ille, deſcendit lacrymis, plorans & ingemifcus: Ablalon filij mei. Quis te à quereu ſuſpenderit? quis celo terraque medium detinuit? Noui rationem: quia teipſum duci ſubtus quereu paſſus es à mulo eſtremi pal-

ſionis tuæ, atque eſtremis ambitionis, nec non regnandi cupiditatis & impia in Patrem tuum rebellionis: ipſi te præteſionem & ſuperbiæ capilli, vento vauantis tuæ commoti, quereu implexum adſixerunt. Hic conſidera cum D. Chryſoſtomus expreſſum reproborum ſymbolum, qui in ſarum delapſi ſunt malitiam, vt ne dum peccata committunt aut, ad quæ peruetla illos paſſo compellit, inſuper & horum ipſum Deum accuſant iucenſorem.

Recordare, inquit, perperſi illi ſerui à Domino reiecti. Cui enim talentum ad lucrum tradidit, illud ſub terra recondidit, & reſonno tradidit otioſus. Quando Dominus reuertus lucræ rationem inquit, reſpondet ille: quod illud minime ad lucrum impendit: ſcio namque, loquitur ille Domini tuo, quod ſeruus ſis & rigidus, atque à ſeruis tuis multo nimis rigore lucrum eſſagites. Væ tibi, traditor: an mihi negligeris? & ſocordia culpam in putas? An plis aliquid feci, quam tibi talentum tradere, quo negotiers? An tibi non ſavi, & auxiliatus ſum, vt hoc poſſes effecere? Numquid te rogavi, tibi quo impoſui vt negotieris: meum eſt tuam, argere ſocordiam, & tu culpam mihi audeſ imputare? O ſerui proteruum (ſandi D. Chryſoſtomus) non contentus peccato, etiam contra Dominum ſtatuit accuſationem. Mente, quod non ſeminasti, & tunc quod non poſuiſti Peior eſt hæc priora potentia, graue dicimus peccatum in eo fuiſſe, ſed multo grauius eiſdem Domino culpam imputate. Hæc eſt illa plurium nequitia peccatorum, qui ſceleribus ſuis affixi eorum culpæ Deum accuſant: auctorem Condiſto eſt hæc (vt auct. D. Augustinus. 4. & D. Gregorius. 6.) à primario noſtro parente hereditaria: eum enim proditoriis ſcelus illud infame commiſſet contra creatorem ſuum, atque eum à quo conſtitutus fuerat: aſaſi Dominus. Quando ab eo culpæ poſtulat rationem? ipſam in Deum ipſum reiecit: hoc enim eſt, vt SS. PP. interpretantur, quod verbis illis inſinuauit: Mulier quam dediſti mihi ſociam, dediſti mihi de ligno & comedidi. Quis mihi, Domine, dediſt & ſtatuit in ſociam mulierem hæc, niſi tu? niſi tu tradidiſſes in Deum illam mihi, proculdubio quod feci non feciſſem: culpam Exceſſus ſui vinum (inquit D. Gregorius) in reiecit. auctore latenter intorquet, ne ſi diceret, in occasione delinquendi præbuiſti qui mulierem dediſti. Sequitur D. Chryſoſtomus, lectionem Septuaginta: Mulier, quam dediſti, vt eſſet mecum: quæ verba ſic explicat: fateor quidem, Domine, quod commiſi:

D. CHR.  
Hom. 8. de  
pauit.  
Tom. 5.

Matth. 25.  
24.  
Luc. 19.  
20.  
II.  
Proter-  
uus ſer-  
uus Do-  
mino ſe-  
imputat  
negligẽ-  
tiam.

Lib. 17.  
de Gen-  
ſan: auctorem  
Augustinus. 4.  
D. Gregorius. 6.)  
à pri-  
35.  
b Lib. 4.  
mor. c. 23.  
in 11.  
pauit.  
B. C. C.  
Similiter  
& Adam  
in ſo-  
III.  
Gen. 3.  
D. C. 86.

D. CERRY  
In Gen.  
Lam. x.

commisi. sed culpa non mihi sed tibi est adscribenda, qui hanc mihi invidiam tradidisti, dicendo quod mihi esset in adiutorium, sed adiuvit me ut in culpam præcepis ruerem: illa namque mihi fuit offendicula. *Sero me peccasse, sed multo quam dedisti: ut sic mecum de qua ipse dixisti: facinus est adiutorium secundum eum, ipsa mihi ruina causa fuit.* Tu mihi illam sociali & lateri meo commitem adiuvisti: Non toleranda est hæc nequitia peccatum peccato cumulat: *Aditamentum malum facinus contra Dominum: D. Chryl. tu Domine cui semperque fecit: culpa teas insimularis: Mulier quam delicti mihi.*

IV.  
Nec non  
uxor Pu-  
trophatem  
virum  
accusat.

Gen. 39.  
14.

Similibus verbis voluit uxor Putrophatis Principis culpam contumeliam in matrem intorquere quæ sibi hægebat accidisse, quando effusa lactymis fallax voluit a gravitate mendacium, quod contra castissimum Ioseph moliebatur: nam ex-  
citantibus ad spectaculum vocisque domesticis illis ait: *En introdixit me in Hebræam, ut illuderet nobis.* Accedens autem matris causamque doloris percunctata responderet illa: *Ingressus est ad me servus Hebræus, nem adduxisti, ut illuderet mihi.* Heu dolenda nimis me calamitas oppressit: verum te reum accusantem servum huc adduxisti Hebræum nobis in obsequium, sed perfidus ille pudicitiam meam & honorem fuit offensivum. O pudendam nimis impudendam, ne lumen malum esse & impudicam, sed & culpam intorquere in Dominum, qui dederat illi servum in custodem & defmotem. Hic mos est perditum hominis, quibus non satis est ut malus sit: insuper & Deo suorum scelerum culpam impotat, quasi vero Deus illos ad peccandum obligaret.

V.  
Talibus  
gravia  
David  
prædicat  
supplicia  
E, 20.9.

Hoc adeo moleste tulit David: ut à Deo contra illos vindictam efflagaret, & gravioia illis superventura supplicia prædicaret: *Inveniantur manus tua omnibus inimicis, dextera tua inveniat omnes, qui se oderunt.* Legit D. Hieron. *Inveniat manus tua omnes inimicos tuos.* Et Simach. *Comprehendat manus tua.* Eia Domine cuncti potentem manum tuam contra quosdam extende peccatores inimicos tuos: & quamvis absconitant se, & fugiant, apprehende illos atque adeo leviter castiga: ut in cubitum eos ignis injeclis exurent eos: *Pone eos ut cibatum ignis.* Ira tua prætereat eos, ignisque consumat: *Dominus ira sua conurbabit eos, & deherabit eos ignis.* Domus eorum evellantur, filij deleantur, & semen intereat: *Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum à filijs hominum.* Quid mali, o David, hi commiserunt, ut tanta prædicas illis incommoda, tamque

temendis illos exoptes puniri supplicijs: *Quoniam declinaverunt in te mala, cogitaverunt contra te, quæ non poterunt stabilire.* Culpam in te suorum scelerum intorquebunt, contumelia sua componentes, se ipsos excusantes, te autem culpam auctorem accusantes. Hoc est: *Declinaverunt in te mala.* O merito puniendam impudentiam, quibus satis non est, esse pervercos, insuper & Dominum trahunt in iudicium & suorum auctorem volumus esse proditionum.

Notanda est hæc illorum protervia, & sua quoque Christiane, Domine, ut quid huic non renuntias factiõni, & conspirationi, quæ lævis anima tua torquetur angustijs, vita tua quotidianis exponitur periculis, & facultates tuæ naufragio: *Creavit me Deus progenie nobilem, & virum in hac republica primam, qui vero talis est, potest ut suæ prospiciat dignitati.* Itaque præcedis, ut Deus sit culpa: rei ex beneficio tibi præstito? Ut quid amice nummos non restituis, quos restitente Ingratus es servusque conscientia? Tibi mihi Deus uxorem, multamque prolem, sed exiguas facultates: quocirca obstringor ijs uti mædis, quæ mihi ad manum offeruntur. Hæc te pervertunt ergo Deum cupiditatis tuæ furitque auctorem insimulas? Quæ de causa, o Domine, si enim tandem tuis non imponis vanitates & lascivias quibus adeo graner Deum offerdis: Statut me Deus mulierem & Domnam nobiliorum, prouide mihi competunt monilia, mundique multibus, nec me decet eorum atripere & occupari semper domestica supplicia: ut tu, postquam an Deum tuæ nequitia ponis instigatorem?

Maledicta fuit illa Cain iniquitas, ut notat D. Augustinus, & anterior illo D. Ambrósio, nam invidia tabescens in fratrem suum, quæ cor illi torquebatur: quia ex vna parte ferre non poterat, quod Deus illum ecclesijs domus præ se cumlaret, & mortem eius cogitabat: ex altera vero sciebat fratrem innocens, nec modicum fore etiam mortem illi machinari, quocirca nimis anxiebat. Apparet illi Deus atque: quid hoc, o Cain, ut quid angustaris? Qui sunt illi tui cruciatus? Quænam hæc cor tuum ipsa pertrahit? Domine, non est, quod ultra perferam: cum dona videam quibus fratrem meum dignaris afficere, & auerfam quam mihi faciem ostendit & viceram? Heu quantum à recto deliras, amice, trahite. An ergo mihi culpam impotas? Tu ipse tantum sceleris reus: *Peccasti? Quiesce: ad te conuerso illius.* An tuam in me retorques impietatem? An egote sic creauit? Si peccus tuum intraret invidia,

VII.  
Omnes  
in Deum  
sua con-  
iungunt  
scelera.

a Lib. 11.  
contra  
Euseb. c. 9.  
b Lib. 2.  
de fide c.

4.  
VII.  
Cain Deum  
accusat  
auctorem  
peccati.

Gen. 4.7.

inuisia, & odium in fratrem tuum exarserit, quo non leuiter opprimens, te age precipitem, zeloseque distol. e. Te ipsum peccati reum accusa: tu namque libere & voluntarie scelus tam enorme commisit: Ad te conuersio illius (supple) peccati. Hoc proprium est præcæsi atque reprobati.

Lib. de grat. & lib. arbit. c. 2. & 21. & Epist. 150. Proa. 19. 3. VIII. Tales vt stulti arguuntur.

Eleganter expendit D. August. verba illa Spiritus S. de stulto, qui suis indulget passionibus: unde & mille committit impietates, & tantam culpam eam in Deum reiecit auctorem: Stultitia hominis supplantat gressus eius, & contra Dominum seruet animosus. Verba sunt hæc quibus magno modo describitur reprobatus: sunt enim adeo stulti & omnis expertes rationis, vt eum mille peccatis suis dent offendicula, fastidiosi in altum erigantur, & Chitilo Don ino culpam omnium impudent nequiores. Legit D. Aug. insipientia viri volat uia eius, Deum autem causatur in corde suo. Omnibus his os obstruit Spiritus S. inquit D. Aug. argumento valde mirabili. Primum describit quam fatui sint mali, & qualiter suis fetucentes passionibus in abyssum rapiantur peccatorum, imo etiam cruciatuum, velut præfocati: quia verò talibus familiaris est Deum accusare, subiungit: Non dicas per Deum abest. Numquam o proditor hoc dixeris: sicut illi, qui calumniantur dacentes, eo quod Christus illis defuerit in eo quod ipsi clare non fuerit locutus, non id agunt, quod agere debebant. Ne dicas illo me implauit: non enim sum: es necessarij homines impij. Numquam hoc ex te audiamus, ait Spiritus sanctus Deus est, qui me vult circumueniri, ipse in causa est cui a mea suspensionis non eripiar angustia, quã grauer suppressor: etenim dicto mihi: vbi nam legalis, quod Deo sunt necessarij peccatores, & ipse nebulosus inquit? An illis Deus indiget, vt dicas ipsum esse, quo auctore & incitatore tot committant scelera, atque in ijs obdurati perueniant? Ne fas est de Deo tale quid opinari: Omne execratiuum erroris odit Dominus. Illa vox Execratiuum: in graeco legitur Adominabile. Hostis est Deus o omnis peccati capitalis, & nihil dici potest quod odio ha: eat, nisi peccatum. Quomodo ergo hoc illi imputandum? Ne qui tale vniquã imaginis: etenim ab initio creauit Dei s hominem liberum & bonum: & quamuis adiuuet ad bonum non tamen cogit: quanto minus erit ipse causa eius, quod a malo est auctorque flagitij: Deus ad iusto constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui: adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris mandata seruare, conseruabunt te etc. Apposuit tibi aquam & ignem. Ad quã volueris. Bapt. de Lanza. Tom. III.

Ecl. 15. IX. Deus ne minem impellit ad peccatum. Ecl. 15. cit.

luerni, porrige manum. Ante hominem visa & uisus bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Notandum, inquit D. August. quã eui tenet tibi confirmet, quod ipse nullatenus tuorum conctis sit peccatorum, sed sola tua malitia: etenim tibi primo largitur liberum arbitrium: Reliqui in manu consilij sui. Secundo, illud tibi conseruat integrum: quod eum agit, aliud nihil est, quam quod tibi præcipit, vt virtutem exerceas & malum abomineris: Adiecit mandata etc. Tertio etiam in illo quod tibi vita vel mors est, te ita liberum constituit, vt solummodo tibi illud proponat, liberam tuam permittens esse voluntatem: Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod uisumque volueris etc.

Quinimo si rem attentius consideres, inquit D. X. Aug. inuenies quod terminus magis cõmuni, quo Modus tibi loquitur n alium prohibendo hæc ille: Noli fallere: Noli uinc: a malo. Noli fieri sicut equus & quo liber mulus. Noli esse sapiens apud senesij sum. Noli intas inditendere fallaci mulieri. Noli condere uobis thesaurum in terra. Ad eodem quoque modo cum probatur bitarij: tibi opeia bona, frequentior hæc phrasia est: Ve D. Aug. as illa: Qui uult uenire post me etc. Pax in terra Hom. 11. hominibus, bona uoluntatis. Quod uult faciat, non P. 31. peccat si uult etc. Si uolens, hoc facis, in teodem habeo. Omnes qui uolunt pte uiuere in Christo etc. qui Ma. 16 sic tibi loquitur, securam tibi supponit esse uoluntatem: Ecce aperitissimè uidemus expressum libera 1 Cor. 9. uoluntatis arbitrium. Hoc dato iaculega est 2 ad Tim. blasphemiam, Deo tuorum criminum culpam imputare: Non dicas per Deum abest etc. Ille me implauit. O præcitos maledictos, qui Christo doloris uelstrat onem adscribis, & arguis, ex illius parte defectum esse, eo quod uobis aperit non loquatur: Per Deum abest etc. Quodque ipse sit, qui uos suspensos detinet, & dolere cruciatos: Quis que animam nostram tollit? Si tu es Christus ut nobis palem? Mentimini, o proditores: non enim ipse, sed propria uelstra & feditiosa peruersitas, nec non malitiosa uelstra uoluntatis inuidia, eiusque pondus uos suspensos detinet, & cruciatibus afflictos: uos ipsos dissoluite: nam in manu uelstra est uobisque liberum. Ipse uero nullibi deest: An non ita clare uobis alicent, quod ipse sit Christus, vt etiam illud uel inuiri cognoscatis? An non uos constrictos uidetis ad eum recipiendum vt talem, cum effica ia operum illius, uelstratim inferat intellectu, vt dicatis, Hic est heres? Quid superest, nisi vt uos tam aperte submittatis tradatque ueritati? An uobis uis, non inferi, cogitque Dei ueritas uelstris oculis adeo manifestat? Vt quid illam in inuisibilia detinetis, illique resistitis, multo nequiores illis de quibus scribit

XI. Ludæorh redagere pferuissimè tatem. H h h h Apo.



Rom. 1. 22.

Apostolus: *Veritatem Dei in iustitia detinent? Eum* dilloquente, inde vos eripite, & admittite veritatem. Dicitis iniuste fecerunt, quis te doctoribus, & damnationis tue suspensum respicit te etque suspitionibus, nisi tua cupiditas, quæ bona iniustitiam aliena, fraudibus quibus pauperem viduam circumuocasti? Descinde restem, nondamque solue, & furto rapta restitue. Dicitis mihi Veneris proles impudica, quid anxiū te & salute prinarum tantopere suspēdit, ut putredinis videaris hospitale, & ipse videas, quod quanto passus ad domum puella propeas luxuriosus, tantis contra Deum progrediaris ad flammās inextinguibiles, nisi lasciuia tua & honesta sensuata? Eia age proditor, laqueum abscinde, & indecentem dele amicitiam, tuamque mortifica carnem, quo tua tranquillectur anima & culpam. Deo non adhibeas, quasi ipse te laqueo suspēdisset.

§ 21. *Iam illi tormenta patiuntur inferni participatiue, quibus ex propria torquentur conscientia: sicut Cain, & bene describit D. Chrysost.*

I. 53

Reprobatorum anxietas ex diabus causis erit: prima est mala conscientia.

In Ps. 45. in illud. Adiuor in tribulationibus.

II. Hæc explicat visio D. Ioan de equo palatio &c. Agoc. 6. 8.

**A** Treudamus igitur hic symbolum reprobatorum: populus enim est, qui iam nunc molestam patitur inferni inquietudinem, & eam iam defert in anima sua portabilem. Dolor hic ex duabus oritur rationibus. Prima est ipsa mala conscientia, tanti causa cruciatus: erat etenim obuia sententia, quam ex D. Aug. referemus, nullum esse in mundo qui maiorem infligeret anxietatem, quam sit ea, quam adfert inquietus conscientia: vermis in corde natus peccatoris: ut enim gratia in bona conscientia secum defert ut fociam pacem quandam coelstem, de qua postmodum: ita peccatum secum rapit comitem cruciatum, afflictionem, tribulationem & vermem infensissimum, ita ut quædam sit inferni participatio.

Nobis hoc exposuit illa visio D. Ioan. in eius reuelationibus. Equum conspicit infernum, pallidum, exhaustum, cui eques insidebat vocabulo Mors: *Qui sedebat eum nomen illi mors.* Et bene quidem dicitur enim secum trahere omnia mortis instrumenta, famam, pestem, lanceas, & gladios &c. adiungit: *Infernus sequebatur eum.* Infelix illa domus, quam eques talis ingrediebatur: etenim præterquam, quod omne in ea viuens occideret, & ipse infernus quoque post eum in domum illam comes sequebatur. Nemo dubitat,

quin eques ille demonem signaret, qui metitō mors appellatur: quia mortis fuit inventor & inuentor: *Inuidia diaboli mors intravit in orbem* Sap. 2. 24. *terrarum.* Christo diabolus opponitur, & sicut Ioan. 14. Christus vita est: *Ego sum vita* quia eiusdem ipse auctor est, eoque suis omnibus tribuit sempiternam: & quidquid illi coniungitur, vitam assequitur: *Quod factum est in ipso vita erat.* Ita & diabolus mors est: eam enim adduxit, eamque quocumque intrat introducit. Quis illum introduxit? Equus elumbus, peccatum scilicet ut Dominica 3. declarauimus. *Quis agit aliud, nisi occidit gratia vitam auferendo, post illum ingreditur infernus quia cruciatus intrat & dolor infernalis. infernus portatilis, illumque statuit firmatque in anima peccatoris.*

Iner cæteras grauesque inferni anxietates, vermis censetur conscientia, semper corrodens, semper demordens illorum corda damnatorum: etenim voluntariè Deum perdere voluerunt, atque obrem vilem & perituram omnia cæli regni diuinaque bona dilapsarunt. Illos Deus sua demeruit benedictione, & neglexerunt eamque contempserunt, cum gloria possent eamque Angelis fieri sempiternam, se nunc stentum cum demonibus, ignibus addictos esse sempiternis. Hic est ille vermis corrodor, de quo loquitur Prophetia *Isai. 66.* *Vermis eorum non moritur.* Hunc à modo peccator infernum patitur Deo refractarius. Quis explicet, quàm seuo conscientia suæ mortui, denteque Ianietur? *Quis non voces synderesis emittit cordique acclamat iniquitas? Quam importunos pulsus veritas referat quam suo concepit intellectu? Quibus anxiatur timoribus, dum se priuatum diuinâ coram gratiâ, quodque demones eam possideant, & iam summo exponant discrimini, ne ab illis ad ignes rapiantur deuorantes, Satanæ omniumque demonum locus indiduius.*

Quantum conicio conuenit hæc visio verbis quibusdam Iob satis ambiguus & mysteriosis, dum loquitur de reprobo aeo peccatore: *Habitet in tabernaculo illius socij eius qui non est: aspergatur in tabernaculo eius sulphur.* Quis est iste, qui non est? Quia si sit, non potest dici, qui non est, & si non est, quomodo habet socios? Quia non sunt isti proprium diabolo nomen (teste D. Gregor.) hoc est: *Qui non est:* sicut enim cum Deo adhereret, qui sors est totius esse, poteratur illo illustrissime per dona & gratiam sibi communicata: ita se ab eo segregando, sicut gregauit, remansit illi esse quoddam adeo debile & miserandum, ut dici possit: quod non sit: sicut de familiari quosiam Regi.

III. Nomen diabolo proprium qui non est. Iob 18.

Regi, qui favore regali subleuatus diues erat & illustis: quando ob ctimen proditiouis eum a se Rex expellit, & omnibus ab eo receptis spoliat favoribus, de eo sic proloquitur: talis iam non est, nec esse habet: iam non est (inquit D. Greg.) ex eo quod a summo est decessit.

Hoc nomen, inquit ille, dedit Esther Regina pau pulchritudinis & sapientie laude dignissima, diabolis in dolis adoratis: Ne tra las sceptrum bi, qui non sunt. Quinam sunt in diuidiui huius infelicis comites socii, qui nunquam eum deserunt, semper associant vbi cumque sit, vel quocumque tendat? Pæne, dolores, melenæ, afflicti ones, inquietudines &c. Hæc omnia rebellis Deo peccator in anima sua: tabernaculo continet, & tolerat: etenim in illam intrante Satana, totis nō remanent illi comites indidui: Tribulario & angustia in omnem animam hominis operantur malum. Inquit Apollol. addit deinde Iob. Afergatur, in tabernaculo eius sulphur. Vulgariter notum est, quod D. Ioann. crebro repetit in sua Apocalyp. Iguem inferni sulphure luccendi & toueri, & quo fumus affligit inolerabilis: q. d. iam reprobus ille foetorem sustinet inferni, & cordis sui offacit cruciatum atque anime eius inquietudo tartari præcurrit inquietudinem, quam iam ex propria conscientia molestia participatitē communicat.

Rom. 1.9.

IV.

Mala conscientia describitur.

Hic omittendum nequaquam duxi, quod eleganter D. Chyloft. expendit in primis ostis parentibus: eo namque momento quo peccarunt tam veicunda se pressos contusione doluerunt, vt fugam interint. *Mox miratur peccatum & prauaricatio erubescit, & tumultuato eos inuasi.* Quis bellum illis inferrebat? Quis torquet? aet Propria conscientia. Hoc touetis ex D. Chyloft. inter omnia dona, quibus Deus hominem ditauit, vnum excelluisse, nempe rationis lyndetisim: quæ sit velut iudex elata virgâ minax, qui bonum approbat, reque laudat: reprobat & condemnat malum quocumque feceris. Est inquit iudex incorruptus, quem muneribus non peruerteret aut malis aureis demulcebis perpetuus est accusator peccati, quod agis: et eum eodem instanti coram teiplo acculat, vocesque ingeminat, vt serio perpendas, in qua lapsus sis flagitia eius vobis verba profero: *Iudex incorruptus (conscientiam dico) cum aduersus hominem exurgit, clara voce clamat & accusat, & est. nō dicit, & quasi ante oculos scribit peccatorum magnitudinem, eamque ab rem Deus in principio, cum formaret hominem, conscientiam illi indidit accusatricem! perpetuam, qua decipi & deceptionem ferre possit*

D. CHR. Hom. 17. in Gen. circa pri. Tom. 1.

usquam: & licet quis admissio peccato amnes homines celet, ab illa tamen accusatrice non poterit deliterere: vnam hanc mirificam habentes vbi cumque sumus, circumferimus. Ipsa nos circumuenit, oburbat, laniat, flagellat, nunquam quiescit: sed domi & in foro, & in templis. & in mensa, & dormientem & surgentem adoratur: rationem delictorum exigit, obque oculos proponit & delictorum grauitatem & subsecuturam penam. Hoc & conscientia opus est, vt ingret memoriam inserat, nec permittat vniquam in factorum oblivionem nos venire, sed ab oculos proponat. Pende quibus nominibus appellet conscientiam: *index incorruptus accusatrix perpetua.* Ita vt utus in anima habeas, que quam primum peccas, te accuset, te condemnet: *Vera atque incorrupta penarum, pramio tumque arbitra.* Sic D. Ambr.

Lib. 1. Conf. sic, c. 12. Rom. 1. 156

Hoc est illud tribunal, de quo loquitur D. Paul. quod vniuique habet in se natura iter: *Cogitanti: vbi accusantibus aut etiam desidentibus: nam aliquid taciendo prodit ex vna parte tuus appetitus desiderans, vt illi placeas suaque affect rationes, suæ impixas voluptati: atque ex altera parte lyndetis rationis id est tua conscientia profert alias in oppositum, iuxta obligationem qua Deo eiusque legi teneris quibus condemnaris. Hic iudex est incorruptus. Hinc illud audimus spiritus S. consilium quod ante perpendimus datum illis qui semper interrogant: vtrum ille modus agendi, qui mihi proponitur bonus sit, an malus. Vtrum illa fæneratio iusto gaudeat titulo, an iniusto: vtrum illa venditio, quæ sub fide fit, licita sit vel illicita: vtrum ingressus in talem domum permitti debeat an intor:ci. Considera, inquit, ex quo capias consilium, quod autem tibi suggero hoc sit, vt primo attendas illud quod tua tibi proponit conscientia: nam sicut hæc ex vna parte est quid tuum, quod tibi Deus concessit vt tuæ prospiciat animæ; atque ex altera nemo melius quam ipsa, tuam in agendo nouit intentionem, nullus tibi futurus est consiliarius ipsa fidelior. Ita declarat Iulienus Episcopus Gaudaensis hæc verba sapientis. *Cor boni consily stasue tecum, non est enim: tibi aliud pluri illo.* Quæ verba ex greco sic leguntur: *Consilium cordis stasue: non est enim tibi factior illo.* Vt suspectum habe quodcumque consilium tibi ab alijs datum dicentibus: tibi hanc licere venditionem: non iustitiam hæc esse fænerationem, vel iniquum quod fecisti: si internus ille consiliarius te calcitret, repugnet, animamque peturbet.*

V. Propria conscientia fidelissimus est consiliarius. Eccl. 37. 17.

Hoc consilium scripsit D. Bernard. nepoti suo Roberto, qui delecta patris sui societate, aliud H h h h z vito

vix genus assumpserat. Illi igitur litteras dedit ad eo diuinas, vt dictans illas in aperto campo & pluuiâ imminente, cum scribam iam de cœlum cogitaret, præcepit illi D. Bernard. ne à scribendo desisteret: & sem attende miram: pluuiâ vehementis inruit nec tamen malefacit pluuiâ scriptorem, aut à scribendo remoratur. Iam noui (sic Bernard.) opiniones te inueniturum, quibus tuum possis agendi modum exornare. Sed hoc à te quero, vt proprium tibi cor voces in concilium: etenim noui, quod quamuis diuersi tui cōgruenter desiderio respondeant, semper tamen tua conscientia interrogabit. Te interroga de te: quia

D. BERN. Epist. 1. ad Robertum nepotem suam. *discute intentionem, consule veritatem, tua tibi conscientia respondeat, cur abieris, &c.* Itaque intus patris carnificem, qui cor tuum lauiet, qui tibi acclamet non minus molestus, quam ranæ, quibus

VI. Conscientia ranis Ægypti assimulatur. Fuit hoc secundum Pharaonis & Ægyptiorum flagrum: Et ebullit fluvium ranas, quæ ascendunt, & ingrediuntur domum tuam, & cubiculum loci tui super seruitum tuum & in domos seruum tuum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum. D. Augu. iuxta aliam litteram sic legit: Et eructabit flumen ranas: sicut eructatio de plenitudine venit stomachi. Cibus comedisti delicate substantiæ, nempe perdicis, gallos indicos, capones, ex mensa iustitiam oppletto stomacho: ex cibus qui in eo detinentur vapores ad os ascendant, eorumque sentitur odor, qui in stomacho continentur, & procedit ex eius repletione talis per os odoris euaporatio. Simili modo ranæ ex repletione oriebantur fluij in peccatum Pharaonis omniumque Ægyptiorum. Altum hic placet rimari mysterium.

Plectit Deus Pharaonem condignâ culpæ pena. Quocirca statuit vt prima plaga foret aquarum Nili, quæ in sanguinem conuertit, quibus ante pueros demerterant Hebræorum: etenim suadet æquitas, vt illi vertantur in sanguinem, qui mandatum præceperat adeo sanguine. Conspicit Rex Pharas, quod ex flumine aquæ pronantarent, in quibus mergi præcepit pueros Hebræorum: videt aquas fluminis, in quibus suam exercuit immanitatem: vult autem Deus vt eadem illæ aquæ Pharaoni supplicium indicent, quod luet culpa adeo crudelibus, illas in sanguinem transfundens, vt pariter

Rex agnoscat tam seuerio se puniri supplicio, vt peccato pena respondeat. Ito secunda plaga decernit vt ex eodem flumine ranæ proueniunt clamorose. O quam horrenda pena: ad quolibet enim loca ipsos ranae sequantur continua populum voce perturbant: ita vt nec tempus ad quietem etiam oppellis somno concederent: etiam in lectulis & mentis, & quolibet parte versabantur Ægyptij, ranas patiebantur coxantes. Et omnia uox de flumine, in quem pueros iniecerant, oriebantur: flumine demerterant infantes, oborati ad eorum gemitus & lacrymas Pharaon omnique populus: iude igitur rana profiliat, qui tantam refertat infortium in planeti & cantu, atque in ipsos vociferentur, ipsos perterreat, ipsi locum ad quietem minime in cantu pernaees indulgeant.

Simiter tibi proponendum, mi charissime frater, quod de flumine malæ conscientie rana nascuntur istæ importuna remorsuum: nam ubi libet te torquebunt, in mensa, in lecto, in platea, in foro, in campo, quaquamterium te conscientia persequetur molestis contra peccata tua vocibus acclamans. Quis autem illas prouexit? Omnipotentia Dei. Notandum quod textus ait: Ecce ego percussam omnes terminos tuos ranis. Aduerte illud: Ego percussam. Vt tibi constet à Deo hoc factum: cum enim Moyses & Aaron essent in palatio Regis Pharaonis: Extendit Aaron manum super aquas Ægypti, & ascenderunt ranæ, & ueruntque terram Ægypti. Quomodo extendi manum super aquas, si fuerat in palatio? Illud uerum super idem est ac versus vel contra aquas: non enim tenui casu dicitur ornell. à lapide Vipere longè ab eis remansit exiens in ualu Pharaonis. Deinde mulca quæ de puluere terræ prodierunt, perpetuo suo bobitu & ac leo mordaci illos intellabant, somnum et prebant & prandium eorum eamque perturbabant.

Ex præfatis intelligo quod Dauid ait de peccatore: *Ecce concepit dolorem.* Dicentem audio peccatorem: meo sanè iudicio, meam affectus sum voluptatem, & bona quitas mihi per omnia congratulor. Sed rem attentius perpende: etenim dolorem in anima concepisti, quando peccatoe propositi, per hoc quo peccatum in illa dolorem producat. Idcirco (vt habet D. Greg.) ait Hais: *Ibi fontem habuit Ericius:* cum enim Ericius totus spinis oppletur, si illum intra uiscera tua deglutites, cuncta spinis suis vicefaret: & sicut mulier si in uisceribus Ericium concipere: illa proculdubio hoc grauissimè trans-

Lib. 10. cu. in Exa. 36.

Lib. 33. Mor. 6. Isai. 34. 15.

VII. Item Ericio & raneæ.

Exod. 8. 2.

Pf. 7. 15.

Lib. 33. Mor. 6. Isai. 34. 15.

VII. Item Ericio & raneæ.

Iode.



Föderet idem fit de peccato iudicium. Insuper ipse Deus per hoc tales peccatores in figura Ephraim & Iuda: In Domum prauarum facti sunt &c. quoniam cepit abire post fordes: & ego quasi tinea Ephraim: & quasi puerus demus Iuda.

Ose. 9. 7. 11. 12.

Quis similes non admiretur metaphoras? Corrupto ligno tinea gignitur, quæ perpetuo lignum corrodit & putrescente medulla ossis; theodolore excruciat acutissimus; qui omnem auferat somnum nullamque tribuat quietem dormitandum. Ephraim, inquit Dominus, suas incipit sectari libidine, suisque immundis indulgere voluptatibus. Ego in eipsum cordi illius flammam tinea. Hoc autem propter rationis hynderesim; quam ipse Deus in anima collocauit, per quam operatur, & rodit viscera remorsu peccati perpetuo quod quis committit, atque ex eadem corruptione ossium intellectus, ac voluntatis, animum producit dolorem & inquietudinem; quare semper male vexat miserum qui suis peccatis vult inherere sceleribus. De talibus inquit Iob, incipere D.

Iob 15. 21. Lib. 12. Mor. c. 11. VIII. Sonat perpetuo in auribus.

Gregor. Somnus terroris semper in auribus eorum: quia perpetuo voces emittit conscientia munit, quæ terret illum execrandis. Cave tibi ab ira Dei: perpende, quam æternis vicinis sis incendijs: circumspice demones: circummoues. Quæ non torquetur anxietate malefactor criminis læsæ maiestatis reus, qui nouit quod Rex in eum agat, quando dum vix ad quietem se composuit, ad portas audit pullari: aperto Regi. Quod si illis transeuntibus, alij & alij superuenirent, quanto cor eius terrore turbaretur? Hoc est: Somnus terroris semper in auribus eius.

Subditur a dno discor: emem D. Ambr. circa illa Dauidis verba: Dixit iniustus, ut delinquat in semetipso. Etenim conuenienter exponit illud: Peccatum meum contra me est semper. An ergo in Vrnam & Betabece non peccauit Dauid: cum a dulcetium commiserit & homicidium? nequam: sed Contra me. Vt autem hoc probet D.

Pf. 50. IX. Sibi ipse nocet peccator.

Ambr. admirabile supponit principium: nempe quod in quipuscumque delinquit peccator, & quemcumque praua illius molitur iniquitas, contra se ipsum agit & proprium quærit sibi detrimentum: Dixit iniustus, ut delinquat in semetipso, proposuit peccator opus suum perficere, sed hoc noueris quod in non lene cedit ei detrimentum. Sequitur D. Ambr. lectionem quæ habet: Dixit iniustus, ut delinquat sibi. Illud Dixit. Significat quod in seipso proposuit suæ seruire libidini, & inordinatum sectari appetitum, & omnia in illius cedunt in eummodum. Significat (interpretet D. Amb.)

Iniustus sibi delinquit. O præclaram, certam, doctrinamque sententiam, & Philosophiæ veritatum axioma: nihil hæc sententia sublimius dictum arbitror. Insignes Philosophi protulere sententias, sed huic nulla est æquiparanda. Multi documenta scripserunt: porro hoc cæteris est longè præclarus: Næ mirum: quandoquidem illi humano ingenio locuti sunt: hoc insudit Spiritus Dei Spiritus veritatis. Doctrina est hæc notatu admirabilis, quanto sunt Sacre Scripturæ documenta omni humana Philosophia præcellentiora, & quanto sublimiorem continet doctrinam documentum Sapientis, cui Spiritus S. dictauit, quam illud Platonis, Senecæ aliorumque Philosophorum. Perpende quam breuiter eminentem complectatur Philosophiam: Iniustus sibi delinquit, sibi generat vulnera, seipsum confodit.

Apud D. Ioan. alios vocatur gemina vipera: quidquid enim suis concipit visceribus, illis cedit in perniciem: etenim Serpens ab iudicatur venenum, iniustus sibi venenum enim refunditur, quod effuderit. Cui conuenit illud Salomonis: Si Prou. 9. 12. illi fueris solus portabis malum. Si subamator sis & alij damnum inferre cogitas, tu ipse es cuius humeris totum mali pondus inuenit grauis: matur eximur. Exemplo confirmat hoc D. Greg. fratricida Cain: etenim in illum poena cecidit homicidij: Quem cum adhuc a Domino poena cessaret, torquebat enim suorum conscientia peccatorum, laqueabat miser, tremens, & timens, & cum adhuc percussor accessit, ipsa sese iniusti vita cruciabat. Per hoc declaratur quam proprie Dauid dixerit: Peccatum meum contra me est semper. Et eleganter exponit D. Ambr. Offendit enim nobis nostri imago peccati, nec quisquam esse reum suum permittit. Itaque in 1. 3. 4. dam oramus, peccatum offenditur, ubi sumus sensum corporis relaxauerit peccatum recurrit. Semper nobis error noster tanquam malus exactor occurrit, vel tanquam improbus fenerator conueniens debitorum. Vnde Dominus ait: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Iniquitas velat quodam plumbeo calce, ut S. Scriptura testatur, conscientiam grauat. Meritoque Dauid ait. Sicut onus graue grauata sunt super me. Ecce qualiter hæc sententia verificetur: Solus portabis onus. Et Salomon, sicut vult acerba dentibus, & sanguis oculis, ita iniquitas omnibus orientibus est. Itaque qui peccat, delinquit sibi, quæ pretiosa sunt, eripit.

Speget ut opinor illa verba Domini ad Cain, quando luida nam rabie fratrem insequeretur. Attende Cain quid agas: nam sicut si bene egeris, exultabis: ita si male egeris: Statim auerit in foribus peccati: nuncium, mille fores pulsans ictibus.

H h h h 3

bus. Septuaginta legunt: *Accubabis ad fores tuas peccatum tuum. Nonne si bene egeris, exaltatio caput in erit.* Concorat huic quod Dominus alio loco dixit ad solamen electorum: *Leuare capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra.* q. d. ubique vlla viues confusione: *Si autem male statim in foribus peccatum tuum oderis.* Notat Dio Cassius quod cum Nero matrem iugulari præcepisset, continuo quasi stupore percussus viueret, ita vt fateretur quocumque se videret, quod semper illi mater occurreret interfecta, cuius conspectu cor eius tanta premebatur anxietate & mali formidine, vt sibi locum nullum tutum esse iudicaret. Sophronius de Iatrope quodam scribit: quod cum puerulum metenuisset, quocumq; pergeret sibi videbatur puerum illum conspiciere atque ab eo percunctantem: *Cur me accedisti?* Monachus efficitur, & prætoris fugit actionem sed ibidem tanta torquebatur molestia, quâ semper puer ille eadem verba repetebat, vt egressus monasterio in ciuitate periret, seipsum iustitiæ tradidit potestati ab ea morte condemnandum.

In Prato Spirit.

Eo sensu intellexit D. Ambr. postquam expendit Caini supplicium illa verba David paulo superius enarrata: *Peccatum meum contra me est semper.* Metaphoram sumit ab eo, qui damnatus est ad mortem & iam carnis vinculis detinetur in carcere: quia iam sententiam est auditurus eum custodibus ad ostium deputatis: quanta premeretur angustia, quotiescumque ad portam pulsari intellexerit? Imo quilibet homo, quam grauiter torqueretur si quis ad portam cubiculi sui vigil atheret in quod se recepisset, vel vbi lectus ad dormiendum collocatum habet, si continuis eum pulsibus quis iritaret: si cum mensæ accumbit, vel lecto decumbit, audiretur pulsus ille continuus. Quis illum patiat? Quanto dolore cruciatur mulier à marito in adulterio reperta, qui stridit gladio repetito illam verberare discendat? Intellectus noster partes agit mariti voluntatis: quam primum illa delinquit, accendit & gladio lyndereis rationis illam mille confodit vulneribus: actusantes hic intelligo cogitationes, quas ex D. Paul. retulimus, illos cordis remorsus, quos patetis interius. Heu me stultum! Heu me, qui apertis in infernum oculis procutto. Heu me, proditorem, Dei desertorem, & vile Satane mancipium. Væ mihi misero, iacturam passus sum animæ. Væ mihi, quem mors opprimere potest immatura. Væ mihi, qui pro momentanea delectatione ægnum amisi sempiternum. Væ mihi, quis talem vitam talesque pœnas continuo patiat.

X. Similitudo.

§. 22. Ipsa anime proprie inordinatio miserum torquet peccatorem. Timeat ne præscius sit ille, qui hac delectatur, & magis ille, qui illam non sentit.

**H**Abes hic primum auctorem doloris, quo reprobi terrentur, malâ scilicet conscientiam. Illam secundo causat ipsa anime inordinatio: *Iussisti Domine* (loquitur D. Aug.) *illa inordinatio: & ita est, vt omnis inordinatus animus sibi ipse sit pœna.* Vbi membrorum est inordinatio, dolor hanc necessario sequitur, & cruciatu. Brachium tibi collisisti, pedem contorsisti, licet etiam vel eius digitum tibi lesaris, carnem putridam, vt dicit pallus es, necessario subsequi debet dolor continuus, & pœna, quamdiu hæc inordinatio perseverat. Quid est peccatum? est quædam potentiarum anime discrepantia: nam voluntas, quæ est velut illius brachium, de loco suo egreditur & distorquetur & inordinatur: quia sic ordinata dicitur quando sequitur rationem, rectam legem, Deique voluntatem, ita inordinatur, & loco suo discedit, quando peccat: unde necessario subsequi debet dolor & angustia: hæc est illa inordinatio, quæ grauissimum apud inferos infert cruciatum, hæc inordinatio quod Deo terga vertent, illum contempserint, toto corde rebus adeo vilibus, terrenis, inquam, adhaerent, & earum gratia regnum Dei sicut passi naufragium. Hæc inordinatio quam in se sentium: anima potentia, perpetuum erit illis tormentum longe severius, quam illud, quod membrorum corporis causare poterit inordinatio.

Infernus hic ille est quem iam tales incipiunt pati peccatores: iam etenim in se pœnam inferni & sustinent in quietudinem: quapropter hoc nomine inferni ab Euangelista nominantur. Visionem se visibile describi eorum, quæ futura sunt in iudicio. In eo mortui omnes comparebunt: nam infernus, mors, terra, & mare quoscumque complectebantur mortuos, effuderunt, & actus ille in eo finitus est quod infernum & mortem in stagnum ignis & sulphuris præcipitavit: *Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis.* Quid stagnum ignis nisi infernus? Ita præcedenti capitulo D. Ioann. idem exposuit. Quod mors in infernum præcipitetur, optime capio: quia ibi concludetur, vt in æternum malos depalcatur: iuxta illud *Maix: Præcipitabit mortem usque in sempiternum,* vt alio loco declarauimus. Sed quid est

55. D. 1. Quid sit inordinatio si multitudine ne explicatur.

II. Peccator cur delectatur infernus.

est quod infernus precipietur in flagnum ignis: quid est infernus? Quomodo precipietur infernus in infernum? vocat infernum, ipsos reprobos: quia sic amodo secum deferunt quoddam inferni principium, animæ scilicet inquietudinem, & est eorum peccatus infernus portatilis, sic autem infernus in perpetuum illum firmumque infernum precipietur. Ita ut quæ hic incipit pena illic tota compleatur.

Iam Evangelista miseris illos contempletur, velut infernum, afflictos, & angustiatos: *Quousque animam nostram tollis, O miseris vos!* an non videtis odio & invidia contra Christum vestram desertam esse voluntatem? An non percipitis vix vos inferre intellectui illum de veritate, quam cognoscit, extrahendo? Quid mirum si penam toleretis infernalem? Vos componite & de hac angustia vos ipsos liberabitis. Porro vos reprobos esse ostenditis, & ve talium symbolum vos proponit Evangelista in eo quod tam acerba tolerantis penam in illa velitis perstare, illaque vos delectet, nec laboretis, ut ad illa vos quam primum eripiam. Loquitur Propheta Iob in per-

III. Iob prava exprimit conscientiam.

Iob 27. 11. bona peccatoris, & penam exprimit, quam in corde & visceribus suis tolerat ex opprobriatione cogitationum, & conscientie clamoris, ex qua dormire non poterat: *Cogitationes mea diffusa sunt, torquentes cor meum.* O quam graves & moleste sunt illæ angustia, quas peccatoris conscientie suæ causant de seorsus & timide cogitationes, quibus illum acensat retinere mordere; perpetuo. Quid ais & sanctissime Iob? *Si sustinero, infernus domus mea est, & in tenebris stravi lectulum meum.* Si hanc penam sustineo, & si velut suspensus angustet, nec tamen laborem ut illo me laqueus expeditam: quod si tam severis meâ me conscientia premente doloribus non studeam illis me eripere, illam sedando: iam me velut damnatum arbitari potero; & iudicare, quod qui hic suum sustinet infernum portatilem, illum sit ibidem habiturus in mansionem perpetuam, atque in habitaculum sibi sempiternum, tenebras obtenturus perpetuas: deinde in æternum inter putredinem & vermes moriens victurus, & vitens moriturus: hoc etenim est reproborum, quales illi erant, iudicium. Tu, qui tot passus cordis angustias ob aliena occupata bona, & eadem non restituis: tu, qui mille premeris cruciatibus, & angeris timore perendi animam tuam ob inhuicellam amicitiam, idque in sempiternum; illam tamen non repudias: tu qui terrore nimio contremisces ob vicino tuo ablatam nominis dignitatem, & iniustam fratris tui iniuriam, hæc autem

transgrediaris & patiaris, *Si sustinero, teipsum iudica ut prælerum, & noneris in fernum tuum esse domicilium.*

Hic verbo *Sustinero* videtur ipse Deus alludere: nam animam videns (ostro loquendi modo) hoc dolore supra modum cruciatam, illam sic alloquitur. Væ tibi infelici: iam te ut damnatam arbitror: *Ergo & in porta confessionem tuam sustinere.* Notat D. Hieron. hæc Septuaginta sic legere: *Ece. 16. 13. Et in sustine tormentum tuum.* Quid est suum sustinere tormentum? Respondet D. Hieron. *Porro in illum tormentum suum qui propria torquetur conscientia, loc. 10. 3. & in isto saculo sustinet propria voluntate cruciatum.* Tu qui penam sentiens ex mala illatam conscientia, & voces audiens quibus inquieta te disceruiat, & tormentum quo te dilaniat rationis synderesis: illud tamen sustines: sit ita tibi, illud sic perfer, & teipsum erede perditum in sempiternum.

Obijctes: hauc ego molestiam non sentio, quinimo quanto me pluribus gratulor bonis divitiem alienis, & plures contractus in eo usufructus, tanto sum quietior, tantoque alacrior, nec vilis mihi vires ferentior effulget, quam dum cum proca mea converterer: mea que tanto ereleuit voluptates quanto frequentius proci meum recogito, illeg: diis mihi est alacrior, in quo omni lechulo obstaculo meo vaco libidini, & inordinata expleo desideria, Væ tibi misere (inquit D. Amb.)

nam tanto tibi possum prædicere certius, ut te reptolis annumeres, quanto eorum numero comprehendis de quibus ait David: *Sicut vulnerati dormientes in se pulchri, quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt.* Illi merito comparandus qui vulneribus confosus mortalibus ad quietem se componeret, nec vllum sentiret ex vulnere cruciatum, si erine potest, ut toto corpore mille plagis transfueberatus quies obdormiat, nec ex illis colorem sentiat nec ex dolore conqueratur? Dicitur: mortuus est & sepultus. Tales (ex mente D. Ambr.) sunt illi, qui tot vulneribus, quibus animæ eorum & cor vulneratur, laucij, quasi obdormiunt nec vlla sentiant.

Dicitur de illis: ipsos Deus è memoria sua reiecit *Quorum non es memor amplius*: non enim illi in mentem venit vel vnicam illis immittere vocem, quâ timore percillantur ex reclamante conscientia, Tuam perpende statim tibi admodum infelice m, atque à Deo reiectum. Perpende quid tibi sit agendum si nequaquam ille tibi subueniat: vnde illos iudica de manu Dei repulsi in æternum: *Et ipsi de manu tua repulsi sunt.*

Prædestinatos suos suis Deus cõtinet manibus;

36. 20. IV.

Quid sit penam sustinere.

D. Hieron. Porro in illum tormentum suum qui propria torquetur conscientia, loc. 10. 3.

Et in isto saculo sustinet propria voluntate cruciatum. Tu qui penam sentiens ex mala illatam conscientia, & voces audiens quibus inquieta te disceruiat, & tormentum quo te dilaniat rationis synderesis: illud tamen sustines: sit ita tibi, illud sic perfer, & teipsum erede perditum in sempiternum.

V.

Pessimissimi sunt & vti damna qui nullum sentiant in peccatis remorsum.

In ps. 118.

Ocl. 2.

In illud. In toto corde meo.

Ps. 87. 6.

VI.

Similitudo:

do:

76

vi. heri diximus de oibus illis, quas nemo manibus eius queat euellere: Nemo rapit eas de manu mea. D. Hieron. legit: *Manu tua abscissi sunt.* Tunc aliquid in S. pagina dicitur de manu Dei abscindi, quando spem tollit illi remedij. Eo sensu loquebantur illi apud Ezechielem: *Abscissi sumus, perij spes nostra.* q. d. parua salutis eorum certa que spes est concipienda. Legunt alij: *Ipsi manu tua sententiam sunt, ad est per sententiam decessum;* de Dei manu emissi damnati sunt. q. d. iam illos habe, vt sententia damnatos, vos Deus ab hoc statu ita perditio & arduoso liberet. Quæro igitur à te: vter peior sit, tu cum sis abyssus peccatorum, tamen viuas, vt dicis, nullo dolore cruciaris, silente semper conscientia, & pacata: vel illi qui temper angustantur, illis semper reclamante conscientia in confesso est, quantum ad istam spectat singularem circumstantiam, te illis esse nequiores, & statulaborare damnatoris: quia ad illud peruenisti profundum, de quo Salomon ait: *Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit.* Vter periculo laborat euidentiori, an ille, qui recepit vulnere mortali, eius dolore torquetur: vel ille, qui necdum vulneris non sentit angustiam, sed insuper & homo quietus indulget? Suffragantur omnes, quod hæc: nam citius queret ille animæ subidum, qui eiusdem sentit grauedinem, quam ille qui nullam ex illo patitur angustiam. Si illos igitur nobis. Euangelista proponat vt præscitos, eo quod nullus ex conscientia dolore percepta illi non studeant subuenire: quanto magis te quoque reprobum iudicabimus, qui nec hunc quidem pateris conscientia stimulum? Inter illos merito es numerandus quos Iob vt perditos arguebat, bibis enim iniquitatem, sicut febribus æstuans vas ebibit aquæ frigidioris: *Bibunt quasi aquam iniquitatem.* Quando quis vas veneno plenum ebibit cum timore & mali suspitione, illum tepurant vt mortuum, si sentiens amaritudinem in epotando perseveret; verum tamen multo magis illum, qui veneni calicem hauriens, necdum nullam sentit amaritudinem, sed vt hauritus aquæ frigidæ illi sapit suauissimè. Oculis aperte peccatores, qui tanta dulcedine & voluptate vas hoc vestra exhaeritis iniquitatis, nec vllam in conscientia sentitis amaritudinem.

Ezech. 37. 11. VII. Il oritur Deus oblitus est. Prov. 18. 3. Tob 15. 16 VIII. Ebunt iniquitate quasi aquam.

23. Vitam æternam do cis. Indicium est prædestinatorum iam vita gaudere sempiterna, quam hic Christus suis concedit oibus.

Sicut D. Ioannes nobis in Iudæis symbolum præmisit reprobatorum in dolore, & inquietudine, quam suo secum trahunt pectore, quæ velut suspensi torquentur, nec sibi volunt dicitur deie laqueum: ita nunc Dominus nobis tradit symbolum prædestinatorum, in ipsa quiete interiori, gaudio, & consolatione suis oibus concessa, quam vitam appellat æternam: *Vitam æternam do eis.* D. Augustin. per vitam æternam, coelestem intelligit gloriam, quæ proprie dicitur vita æterna, & eo nomine à Christo Donatuo vocatur vbi futuri iudicij vltimum exponit terminum: *Ibunt iusti in vitam æternam.* Bona Matt. 25. est hæc interpretatio & legitima: potro potest etiam intelligi de vita gratiæ, quam Dominus suis in hac vita largitur & liquido Christo ostendit in eo quod loquatur de vita quadam, quam suis impertit oibus in presenti, & non dicit *Dabo eis in futuro,* sed *Do eis in presenti* & nunc. Sensus hic conformis est S. Scripturæ, quæ communiter vitam æternam vocat vitam gratiæ, quam animæ tribuit, quæ vitæ vult diuina: quia sicut ex coniunctione animæ cum corpore in esse naturali, vita resultat corporalis: ita ex coniunctione Dei cum anima per eminentem gratiæ vniõnem, ei datur vita diuina & supernaturalis, & vocatur æterna pluribus de ca. dis.

57. Vita æterna quid hic significet.

Prima: quia vita gratiæ quædam est participatio essentia: vti que Dei, teste Apostol. Petros: *Gratia diuina efficiamini diuina consortes nature.* Proinde est citur vita æterna quantum spectat suam naturam, atque ex se nullum habet principium corruptionis, si. 2. Pet. 1. 4. aut nec diuina essentia, licet aliquando ex parte nostra deficiat: ita declarant D. Thom. Theolog. Professor primarius. Secunda: quia gratia, docente hoc Ap. stol. semen quoddam est radix gloriæ: *Gratia Dei vita æterna:* vt enim nux arbor de nucè nascitur fructu, atque iam in ea est in virtute, vt dicunt Philosophi, ita gloria de gratia nascitur, estque in illa in virtute, prout exponunt Theologi. Tertia: quia gratia participatio quædam est gloriæ, & anima quæ illam habet, quædam in se continet principia, & nonnulla participat celestis gaudiij præludia, atque in corde suo pace illa gaudet.

II. Gratia diuina consortes nature. Proinde est citur vita æterna. si. 2. Pet. 1. 4. 1. 2. 9. 14. a. 12.

*Rom. 6.23* gaudet eminentissima de qua sic Apost. Pax Dei qua exuperat omnem sensum. Quia gratia hanc secum adducit pacem, easque Apostolus ita foecias copulat, vt posita vna, contentum aliam adiungat, vnde hæc erat ei frequentissima salutandi phrasîs: Gratia vobis & pax. quia ipsa gratia vitam infundit diuinam, quæ secum inducit pacem cœlestem & eminentissimam. Consideres hic igitur ouium Dei præclarissimum symbolum, nempe quod iam vita gaudeant æterna ob participationem quandam, quam ex illa fortiuuntur.

**III.** Hæc fusius exponendo dico, Primò: hoc procedere ex ipsa gratiæ natura, quæ, vt diximus, semen quoddam est & radix gloriæ. Sibi inuicem opponuntur gratia & peccatum mortale. Quid est peccatum? est semen & radix inferni, peccatum, cruciatum, & dolorum æternorum. Sic illud definiit Moyses: Radix germinans fel & amaritudinem. Et optimè loquitur: nihil enim peccatum aliud est, quam culpa & offensâ Dei. Culpa non est aliud, quam radix quædam & semen cruciatum & pœnæ: nam hæc est iustus se naturalem quandam correspondentiam, vt de culpa pœna nascatur: vnde eodem instanti, quò culpam committis, diabolus cordis tui & animæ dominium occupat cui velut seculissimo carnifici te diuina iustitia tradit, quo fit vt impios cruciatu torqueri, quo ab ipsa mala tua conscientia molestaris, & animæ tuæ potentiarum inordinatione, prout diximus eum similiter tuos obscureretur intellectus, & voluntas peruertatur, quo fit vt iam in te principium sententiæ inferni, & ipsum tecum trahas vt iam declarauimus.

*Deut. 29.* 83

Vt opinor, nos Propheta Michæas deducit ad infernum, illi sique nobis miseris ostendit ad locum damnatos tormentorum, æternos patientes ignes, flammæ sustinentes ardentissimas, serpentes sentientes, & telillimos; & quidquid pœnam ingerere poterit & cruciatum. O quam consultum tibi foret eò aliquoties tua descendere cogitatione, interim dum visis iuxta illud Davidis consiliium: Descendat in infernum viuentes. Et singulos eorum intelligere clamores tristisque ululatus ingeminantes: Crucior in hac flamma. Iudicabat Propheta sanctissimus quòd tormenta nos illa læuissima terrent, & voces illæ cruciatum & cruciatum, cum capillos in altum extollerent, quodque illum interrogaremus: dicit nobis Vates piissime: quid mali commiserunt illi, quos tantus affligit dolor & affliget in sempiternum? Respondet: In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israel. Huius proventus semen

*Ps. 54.16.* 84  
*Misb. 1.65.* 85  
Hieron. Bap. de Lanha Tom. III.

fuerunt peccata singulorum. Ob vnum peccatum, quod adeo leue videbatur, & tam breui spatio durat & velut Iudicium quid esse iudicabant tantas eos fuisse pœnas tamque sempiternas? Ne mireris, inquit, & hoc ipsum intelliges ex quotidiana experientia. Cernis nucem arborem elatam instar turris quaquaersum latè proeextensam, & quæ totum occupet campum. Inuenit. terrogas: vnde producta hæc arbor? Respondet agricola, ex nucem. An ergo de te tantilla, quid a deo deforme & excelsum? Erat nucem semen, atque do, in illa virtus tantæ latebat altitudinis quam modo conspicias. Ita intellige (inquit Propheta) vel minimum peccatum mortale, quod tu tam flocci pendis & nucem vilis æstimas, tantam in se complectitur latitudinè, vt ex illa tam immania atque extensa germinet tormenta, qualia ter infausi illi cuncti patiuntur, atque eorum singuli in sempiternum. Vtinam hoc æqua lance pendentes, quid sit peccatum mortale quod tibi leue adeo videtur. Noueris igitur quod vel minimum eorum committere, nihil aliud sit quam in anima tua radicem ipsius plantare inferni, & quarumlibet pœnarum, quas illi patiuntur, æternarum.

Verte folium in oppositum, & hoc tibi persuade, gratiam quandam esse radicem & semen vite æternæ, quam in se virtualiter continet sic ut nucem nucem arborem complectitur. Semen Quid est vita æterna? Vita est, quæ procedit ex eo quod anima in se perfecte & integrè Deum ipsum possideat qui vita est per essentiam, & prima vite scaturigo. Porro huius habetur per gratiam principium: qui namque hanc possidet, iam eius virtute habet in se & possidet Deum. Idcirco dicitur, interprete D. Gregor. Quod anima iusti thronus sit Dei que sedes in qua ipse residet & Euangel. quiescit multo sublimius, quam in ipsis templis materialibus illi consecratis. Anima iusti sedes est a Li. 1. de sapientia. Sic illud ipse Deus apud Iaiam declarauit, Iudæorum deprimens superbiam quam mebant ex magnifico illo & opulento templo Salomonis. An creditis, inquit Deus, hoc mihi mansuet. templum placere, atque in eo me perfecte requiescere? Quæ est domus, quam adicisti mihi, & alibi sap. quis est locus quietis meæ, super quem requiescam b In Ps. nisi super humilem & quiesum &c. Ita legunt D. 36. & l. 9. Ephrem Syrus. a. D. Ambro. b. D. Greg. & senior Hexa. c. 8. Cassianus. d. Vnde sic Christus ait. Si quis diligit eum & c. ad eum veniemus & mansionem apud eum habebimus. e. O quam excellens diuinumque pro d. L. 12. c. millum? Veniemus ad eum & mansionem apud eum faciemus, itaque in eo quiescemus. Hæc autem c. 10. a. 14. tem 23.



tem eo fit modo ut verè dicere liceat, quod idè Deus vnus in essentia, & trinus in personis cum omnibus diuitijs, omnipotentia & maiestate, quã in se possidet beatus per gloriam, à iusto in hac vita possideatur per gratiam: tantum est in modo discrimen.

VII.  
Similitu-  
dine de-  
claratur  
quid in-  
ter iustū  
& beatū  
in cælo.

Quenam foret differentia inter duos adaman-  
tes crystallinos, si sol vtrumque pleno lu-  
mine collustraret ipsumque in se totum conti-  
nerent solem: sed vnus apertus esset nullã con-  
tectus lama atque in sua claritate clarissimus,  
formosissimus & splendidissimus: alter verò ni-  
gro panni peplo reueretur, sic ut quosdam so-  
lummodo lucis suæ radios emittat? Nullum  
esset discrimen in eo quod continent, quia tan-  
tum solis & ipsum solem sic vnus, atque alter  
possideret, atque idem bonum in se hic atque  
ille contineret, differentia solum consisteret in  
modo: nam sol in vno esset discooperus & luce  
illius adeo clara gauderet, ut alterum solem ef-  
ficere videretur, in altero verò tectus esset, & quo  
plenè non gauderet & non nisi quibusdam so-  
lummodo claritatis illius radijs potiretur. Habes  
hic differentiam inter iustum in cælo beatum  
ab omni mortalitate liberum, atque inter eum,  
qui in terra mortuus carne adhuc mortali cir-  
cumdatus: sunt etenim ambo tanti pretij adaman-  
tes, ut vel minor eorum totum præponderet  
creaturæ naturæ. Ambo sunt adamantes crystalli-  
ni, à culpa mortali liberi ipso cælo puriores  
quod nec minimam admittit venialis delicti fu-  
liginem, nullam imperfectionem. Ambo intra se  
verum possident solem, vnum, inquam Deum,  
vnum in essentia & trinum in personis, eorum  
animis insidentem: at cælestis ille Deum habet  
apertum, adeo plenè recipiens eius claritatis &  
gloriæ radios, ut ipsi soli diuino similis effici-  
tur: ille verò terrestris, eundem continet laten-  
tem: non enim inuenitur eum clarè, nec apertè  
claritatis cælestis percipit in se radios, licet ordi-  
natè quosdam illi eiusdem communicet radios  
lucis in intellectu, seruatoris in voluntate, atque  
consolationis & deliciarum cælestium, quales  
promittit vates Isaias: *Implebit splendoribus ani-*  
*ma tuam & ossa tua irrigabit.*

Isa. 61. 11

VIII.  
Filijs Dei  
sumus  
hoc dica-  
tur.

Hæc est illa profunda Theologia qua Theo-  
logorum antesignanus, D. Ioan. Euang. iustos so-  
labatur laboribus in hoc mundo non parum ex-  
ercitatos. Filioli mei, consolamini, consolamini:  
pendite, quod in rei substantia, sanum hic  
bonum possideatis in terra vos ipsi in animabus  
vestris, quantum ibi in gloria ipsi beati compre-  
hendunt. Hoc solum interest, quod nunc diuinus

ille sol seipsum clarè non effundat, iam illum  
habetis, & suo tempore vobis se manifestabit,  
sic ut illi futuri sitis similes, & Dei esse videa-  
mini: *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, 1. Ioan. 3. 21.*  
*ut filij Dei commemur & simus. Propter hoc mun-*  
*da: non nouit nos, quia non nouit eum. Amorem*  
*perpende eius qui nobis dedit, quantum dare*  
*poterat. Quid est quod dare potuit amplius?*  
*Dare non poterat nobis, ut Dij essemus per na-*  
*turam dat nobis ut simus per gratiam adeo præ-*  
*cellentes ut filij Dei vocemur & realiter simus*  
*per gratiam. Sicut autem mundus non cognos-*  
*cit Deum nec scit quanti valeat, sic nec nos ip-*  
*fos cognoscit, nec prægrandes intelligit diuitias,*  
*quas intus in pectore nostro possidemus: Propter*  
*hoc mundus non nouit nos &c. Quanam sunt hæc*  
*diuitiæ? Omnes quas cæelum habet, omnes quas*  
*possident Angeli, omnes quibus beati perfruun-*  
*tur: Si namque eorum altitudo, eorumque diui-*  
*tiæ sit habere intra se totum Deum, ipsum in no-*  
*bis habemus licet absconditum: vnde nunc no-*  
*stræ felicitatis non apparet magnitudo, nec su-*  
*premmum illud bonum, quod corde nostro peri-*  
*mus occultum: Charissimi, nunc filij Dei sumus: & 1. Ioan. 3. 22.*  
*nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam*  
*eum apparuerit, similes ei erimus, quoniam vide-  
bitur eum sicuti est. Non apparet modo sublimi-*  
*tas diuitiarum, quas conclusas circumferimus.*  
Omnino sunt cælestes, nec quidquam est opi-  
nionis incertæ commentum, sed certa scientia  
præcognitum. Scimus: quando namque cælum  
itum ingressuri nobis clarè patebit, illique si-  
miles erimus, eo modo quo adamas foret sol, si  
inclusus in illo sol, patenter suæ lucis radios ex-  
panderet. Itaque discrimen inter sanctum in  
cælo beatum & in terra viatorem, non est, quod  
ille in se concludat maius bonum quam hic:  
quia idem bonum hic, atque ille possidet, totum  
scilicet Deum: sed in eo solum quod ille Deum  
distinctè clarèque videat: hic verò illum habeat  
sed quem clarè non inuenit, vnde ut hic sit beatus  
non illi maius dabitur bonum quam illud  
quod habet sed lucem quandam accipiet cæle-  
stem, quam Theologi vocant *Lumen gloriæ*. Quo  
clarè & distinctè eorum hoc agnoscat, sicut illud  
alter agnoscat & contempletur. Te iudicem ap-  
pello vtrum ex hoc de iusto dici possit in hac  
vita viatore, quod modo Dominus illi det æter-  
næ vitæ principium, eiusdemque participatio-  
nem.

§. 24. Vitam æternam do eis &c. Nunc ea fruuntur oves lætitiâ, quæ teste Spiritu S. cordis vita nuncupatur.

omnia cooperantur in bonum. Tibi infirmo omnia nauseam pariunt, etiam edulium maximè delicatum & pretiosum tibi monet stomachum: confessio, communitio, oratio, elemosyna, ieiunium &c.

99 **H**oc ut opinor nobis eleganter diuersis rationibus Spiritus S. per Salomonem exposuit & prima est de salute. Notum est, inquit, inter omnia quæ in hac vita ad eius fruitionem præclara censentur salutem eminente: Non est census super censum salutis corporis. Nihil adeo proficuum, nihil adeo æstimabile quàm corporis gaudere valetudine: etenim sine illa nihil sapit nobis ex huius vitæ bonis, nec placet cibis: nam edendi euanuit appetitus, & ipsum faccarum amarum censetur: nec ipse delectat potus, nisi mille temperatis condimentis, summaque prudentia: nec placidus est somnus: etenim somnia gignit graua & inconstantia. Dicito mihi quantum tibi sapiat quicquid mûdus offert, si exanthemate labores lethargicus vel colicâ torquearis; videre licet agricolam optata salute constantem, quanta voluptate frustum demordeat panis, ut ipsas manus videatur velle deuorare & alterum aquæ calicem epotantem ut nullum illi apozema videatur esse suauis: & alterum lapidæ sedis incumbentem atque tam alto sopore depressum ut nec octauæ, nec horæ decimæ recordetur. Hic igitur vitæ rebusque vitæ perficitur.

II. **Q**uod in salute corporis attendis altius perpende, inquit, in salute animæ: nihil enim est quod illi comparetur: *Salus anima in sanctitate insitit, melior est omni auro & argento.* Salus animæ, quam dicit consistere in sanctitate iustitiæ: etenim sicut salus corporis ex bona resu'tat humorum proportione, & qualitatum ordinatione ita & salus animæ in quadam ordinata concordia, quam perficit cum iustitia, disponens animam in ordine ad Deum, & ad proximum ea est quæ præualet omni auro & totius argente vniversi. Quando anima sana est, & intra se sanctitatis habet auctorem, plâque debita constat ordinatione, placent illi omnia omnia sunt illi vtilia: licet ipsa fames, sitis, verbera, gladius, & mors. Ita videbis Apostolos gaudio tripudiantes, dum flagris cæduntur: ita Diuum Paulum dum catenis constringitur, & fame torquetur: ita Diu Andream in cruce suspensum: ita Diuum Laurentium in craticula extensum: omnia illis in commodum cedunt maximum, *Reg. 3. 28* iuxta illud Apostoli Pauli: *Diligentibus Deum,*

Secundus discursus de vita proponitur. Nihil magis, inquit, oppositum vitæ quàm tristitia mentisque abiectio: nec quidquam ad vitam magis conducit, quàm mentis alacritas: *Tristitia ne des anima tua &c. incunditas cordis, hæc est vita hominis.* & *ihesaurus sine defecione san- titatis.* Sæpius idem prosequitur Salomon argumentû, nihil sic nocere vitæ argue animi tristitiam, quæ ipsa etiam ossa consumat: *Spiritus tristis exsiccat ossa.* Quod valde prolixè describit D. Chrysostom. exhortatus nobilissimam Domitianam Olympiadem, cui adhuc iuueni formosæ & diuiti, morte maritus excidit, ob quam graui nimis morore languebat: eam igitur monet, ut modum ponat lachrymis sicutumque temperet: *Tristitia graue animorum tormentum est, dolor omnem sermone vim excedens, & supplicium omni supplicio, & cruciatu acerbius: Siquislem pestiferum vermem imitatum, non carnem duntaxat, sed etiam animum perstringens, ac tinea est non ossium tantum, sed mentis, perpetuus carnifex non latus fodiens, sed animi vires labefaciens: perpetua nox, terra tenebra, & procella obscura febris, & quauis febre vehementius exurens.* Et ad rem multa producit S. Scripturæ loca & claram adducit confirmationem. Omnibus in confesso est, iuxta commune proverbium: omnium terribilium terribilissimum esse mortem. Dico igitur omnium terribilium terribilior ipsa tristitia, quod ipsum confitro: quandoquidem nonnulli, ut se ab illa liberarent, mortem exoptarint nedum peccatores, sed etiam viri meritis insignes. Perpende Eliam à morte fugientem, ad quam impia Prophetam Iezabel Regina damnauerat. Grande malum mors est: cum eam vir adeo robustus, cuius lingua clavis erat cæli, formidet & fugiat: *Nec hoc mirum: vehementer enim horrenda est huius natura.* An hoc consideras, quod mortem timeat quæratque latebras? iam igitur ab ipsam illa liber in deserto tanta capitur tristitia & mortem mæore consumitur profundo, ut eo grauatus Deo supplices tendat manus & preces: *Obsecro 3. Reg. 19. Domine tolle animam.* Si mortem desideras, ut quid illam fugis quæ tibi eam inferre moliebatur? Si tibi in voto mors sit, cur te illi subtraxisti, quæ tibi eam intentabatur? Primò mortem horrebat ut quid supra modum formidabile, quocirca fugam capessit: sed postmodum ut sen-

III. **T**ristitia vitæ perniciofa. *D. Chry. Ep. ad Olympiadem Tom 3 in medio. Ep. 2. ad eandem qua habetur ad finem.*

IV. **E**lias magis horret tristitiam quàm mortem.

fit quantum tristitia sit incommodum, arbitratus est minus illi molestam fore mortem ipsa melancholia. Verba sunt hæc .D. Chrysostr. *Uque adeo grauior est moror ipsa morte: ut cum hunc es- fugeret ad illam perfugeret: ut intelligas quantum historia ac maxime mortem acerbitate superet: nam cum mortis dumtaxat metus eum quateret, quidquid poterat faciebat, ut eam fugeret: at postquam moror in ipsius pectore suam naturam ostendit, eum violenter excedens, absumens crucians, id quod omnibus rebus grauius est, leuius iudicabat: de quo fusius alius.*

60 Nunc liquido constat, quod ait Spiritus S. nihil magis esse vitæ contrarium ipsa tristitia, nec quidquam illam reddere verantem præter mentis alacritatem: *Iucunditas cordis hæc est vitæ hominis.* Hinc inquit, si saluis optes præscriptum, & cordiale significans & restauratiuum excellens, hoc vnum sit tibi cordis habere iucunditatem: *Non est oblectamentum super cordis gaudium.* Quid gaudium in homine producit? Op- tata bona habere, & possidere: nam sic in æstima- tia ex eorum nascitur iactura, sic alacritas ex eorum possessione. Quanto gaudium perfunditur anarus, quando thesaurum cui inhiabat, assequi- tur? Instar solis radiantis exhilarescit, sibi que cum altero gratulatur: *Anima mea, habes multa bona &c.* Quam iucundus apparet ille, qui spon- sa, quam habet charissimam firmatum audit esse matrimonium? itaque magno rum possessio thesaurorum magis est origo lætitiæ. Hoc con- cesso quis meliori potest alacritate gaudere quam ipse iustus, qui thesaurum possidet in defi- cientem absque vlllo defectu sanctitatis? *Thesau- rus sine defensione sanctitatis.*

Qualis est ille, nisi ipse Deus? Deum habet in seipso quis est Deus? Thesaurus est, in quo nul- lum deficit bonum. *Omne bonum.* An aliquid dari potest bonum quod in Deo non est? Igitur qui Deum in se continet omne in se continet bonum. Habes igitur hic vitam æteram, quam Dominus suis largitur ouibus: *Vitam æternam do- nis.* Principale vitæ punctum consistit in cordis alacritate: *Iucunditas cordis, hæc est vitæ hominis.* Hæc autem procedit ex thesauri alicuius pos- sessione pretiosi, proinde suprema iucunditas vi- tæ est sempiternæ: quia thesaurus possidetur om- nium supremus & infinitus, nempe Deus: hunc ipsum meis trado ouibus: etenim per gratiam, quam illis impertior, hunc ipsum thesaurum as- sequuntur. Per hunc iam vitæ gaudia præbent sempiternæ; hoc ipsum sanctos in hac vita mouet ex principio quodam vitæ æternæ, cetero conij-

61 *duc. 12. 19*

VI. *Vnde ori- zatur iucunditas cordis.*

cere, quod hunc in se habeant thesaurum: non enim cum illis auferre potest fames, non sitis, non tyrannus, non gladius, non exilium; non ipsa mors: quinimo intelligunt hoc ipsum, nil aliud esse quam præparationem quandam, qua tandem aperte hoc possint thesaurum frui, quem in se gerebant absconditum.

Hoc optime declarauit D. Basil. vt refert D. Gregor. Nazianzen. in oratione eius funebri. Tyrannus affurgit Imperator Valens hæreticus Arianus aduersarius Catholicis; cum autem fide- dem multis in Ecclesijs peruertisset, vt vidit Cæsarienses ex doctrina D. Basilij in fide constan- tes; virum hunc præclarissimum de medio tollere saragebat. Ea mente gubernatorem misit Modestum (qui quantum nomine hoc præ- ferebat, tantum erat in modo agendi & mori- bus immo desit) quatenus omnem moueret lap- pidem, quo tanti contentiam in fide labefacta- ret. Accedit eo, diem dicit sanctissimo Præsuli, & blandis conatur illi persuadere rationibus, vt Imperatoris sese submittat tradatque voluntati: cum autem his nihil proficeret, idioma mutat & terrores intonat, minasque iungit acer- bissimas: Deum obtestor, inquit, nisi feceris scio quid sim acturus (quid acturus inquit Ananias?) Multa mihi potentia, inquit ille, multa mihi a- gendi libertas, quorum singula tibi possent me- tum incutere. Precor, vt illa mihi cuncta propo- nas: *Quenam hæc subinicit Basilij: facio vt ea cognoscamus* Respondet gubernator, *Honorum re- scriptionem, exilium, cruciatum, mortem.* An quid aliud? Quidquid enim hæcenus mihi proposuisti, mihi ludicia sunt & nullius incommodi: *Si quid aliud habes id nobis minitare.* Morum enim, quæ adeo dura commemorasti, nihil nos attingit. Si mihi bona sustuleris, atque proscripteris, nihil perdo: quando- quidem hæc vilius his segmentis, qui us in- duor omnia continentur. Si carnem hanc cruce- iatibus exerceas, manum mihi das qua meum castigem inimicum. Si me hæc expuleris ciui- tate, mihi omnis terra vitæ est ciuitas, & vbi cum- que sum, me fateor esse peregrinum: *Mors mi- hi beneficij loco erit, citius enim me ad Deum trans- mittere, cui vivo. Absit, non mihi Deum abstuleris, in quo & per quem vivo: quinimo hoc medio Deo fruatur, bono inhipto.*

VII. *In hoc Martyrum fundabatur cordis iucunditas, quam fauissimis animi tormentis ostende- bant, mente reuoluentes illa, quæ tyranni pote- rant auferre, bona dumtaxat esse momenta- rias lacti- nea: porro non illum infinitum Dei thesau- rum, quem vicibus insertum deserebant, ad bona cõ- rum, scientia:*

Orat. in laud. D. Basilij. Post med. VII. Præclari D. Basilij responsio præfidi Modesto.



enius iam fructuonem per tormenta mortemque festinabant. Hic igitur titulus est, ex quo liquido constat, qua ratione Christus quibus suis vitam tribuat sempiternam. Licet autem in hoc discursu semper sit supponendum, id, quod dicimus sanctos excitare ad mentis incunctitatem; quod Deum secum per gratiam possideant: non esse intelligendum, illos de hoc esse certos omnimode: quia seclusa divina revelatione, nemo hoc scire potest: enim verè dixit Iob: *Si venerit ad me, non videbo eum, si abierit non intelligam.* Non loquitur de peccatoribus: illi namque certo sciunt quod Deus ab eis decesserit, & quam longissime ab illis ob peccata diffugerit: sed de illis, quorum conscientia de nullo remordet mortali: non enim infallibiliter scire possunt vitum sint in gratia, vel peccato aliquo mortali coinquinati, ratione cuius Deus ab illis se subtraxerit: etenim teste Spiritu Sancto: *Nescit homo vitum amare an odio, dignus sit.* Sed nihilominus licet hoc certitudine scire nequeat: ex coniecturis tamen aliquam possunt habere certitudinem & fiduciam, ex eo quod in anima sua nihil inveniunt oppositum, atque ex effectibus, quos in se deprehendunt: etenim aromata ubique sunt, odorem spirant, & ignis calorem, & sol lucis radios, eò modo quo Theologi declarant de illo disparantes.

§. 25. Vitam æternam do eis. Oves Dei calum secum deserunt portatile ob bona conscientie incunctitatem, atque spem qua ex illa oritur, certissimam.

61  
I.  
Lætitia bonæ conscientie principium est vitæ æternæ.

Secunda ratio, eob quam Saluator ait se dare vitam æternam quibus suis hæc est: quia iam in hac vita eisdem dat illis quandam participationem. Ante diximus malos in hac vita principium quoddam inferni tolerare ex conscientia, pena, quam illis vermis infligit conscientie tribulatioque vocibus quibus ipsa peccatores excruciat: ita Dominus quibus suis in hac vita quoddam tribuit gloriæ principium & participationem, propter quietem, consolationem atque ordinationem, quam in animabus suis sentiunt, nihil in conscientijs suis inveniunt, quod illos peccato mortali redarguat obnoxios: quinimo plura, quæ multam illis excitent de Deo fiduciam. Hoc ex Apolloto discimus: *Gloria nostra hæc est, et simoniam conscientia nostra.*

2. Cor. 1.  
32.  
II.  
Allegoria

Magnum intererat discrimen inter Egyptios, & Israelitas, licet omnes in eadem Egypti

regione morarentur. Egyptij perpetuis ange- de mala bantur tormentis, quæ in secretioribus domus & bona suæ spariabantur, palpabiles nimirum tenebras, conscientijs quibus timore concubebantur, & ciniphes punctantes, & raras clamoribus suis eos inquietantes: locustas arbores corrodentes: *Ego inducam locustam, qua corrodet omnia ligna, qua germinant in agris, & mactos ylu'atus ob plurima cadavera, quæ oculis suis in domo sua singuli intuebantur.* Verum Israelitæ, velut in paradiso morabantur & lucis supernæ gaudio fruebantur, *Sancti lux erat maxima: Quiete gaudebant adeo magna ut nihil esset, quod eis molestiam inferret, turbaretque somnum; non ciniphes, non tauræ, non locustæ, non canes adlatrantes; Erit clamor magnus in omni terra Egypti &c.* Apud omnes autem filios Israel non mutiet canis ad hominem usque ad pecus, ut sciatur quantum miraculo dividat Dominus Egyptios & Israel. Expende, cum D. Augustinus loquendi formulam: *Non mutiet canis, qua summum & maxime tranquillum silentium indicat, Elegantiissima locustis est: per canem quippe extremum significavit.* Cardin. Caietan. legit ex Hebræo: *Non movebit canis linguam.* Vt significet summam quietem; quia nec solum canis non latrabat, vel unicus; sed nec linguam quidem ad latrandum commovebat. O quantum gloria iustus fruitur, non enim perverfa mordet illum conscientia, nec latratus edit inquietos, sed superna gaudet, & quiete exultat omnino celestis, nullo terrore perterritus nullo casu infirmitatis aut inopinate mortis anxius, non domus ruinam formidat, non fulgur exhorrescit: etenim hæc David eorum nomine præcinebat, *Propter hoc non timebimus, dum turbabitur & transferentur montes in cor nostrum.*

Hoc ipse Dominus exposuit Caino, & paulo superius attingimus quando maledictus ille luere Timor & odio furens in iracundiam suam, necem eius cogitabat; illud etenim peccatum perpetuis eum conscientie laniabat angustijs. Querit ab illo Deus; quid te in Caino Cain affligit? *Nonne si bene egeris, recipies? sin Gen. 4. 7.* autem male stitum in foribus peccatum tuum aderit. Iuxta Lipoman ex Hebræo legimus: *Nonne si bene egeris, eleva. 10. si autem male stitum in foribus aderit peccatum tuum.* Si peccaveris, ilico peccatum molesto quatiet pulsu portas anime tue, illam inquietans. Vbi sic D. Gregor. in so. D. Greg. Lipoman autem sic ait: *Seclere & flagitio polluitur. 6. 9. & 10. excruciamur à conscientia, qua ad nostri cordis fo. LIPOM. res semper excubat, qua quicquid agimus & molimur ilico nobis præsto est, neque latius unquam esse*



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

permittit. Ecce, vana cuncta omnium miserabilissima, qua non ad tempus deficiunt, sed post multa temporum spatia adplectendū lacerandūque animum reuertitur, quæ & fratribus Ioseph post quinquaginta annos admissi sceleris memoriam reuocauit, multarumque calamitatum metum iniicit. Si bene egeris, eleuatio, id est caput lætus in aera attolles.

IV. Elenatio capitis bonā signat conscientia.

Exposuit Deus cordis angustiam, eiusque moestitiam, dum ait: cur sic demisso langues capire? Cur edidit facies tua? Familiare est Sacrae Scripturae per capitis elationem gaudium quale vix viliū indicare. Sic enim Dominus ait discipulis suis: quando mundi incolæ vndequeque turbabuntur & pœ nimio iudicij timore mortales exarescent: ob præcedentia illud signa ipsi mentis alacritatem induerent, & pleno sine timore gaudio fruerentur: His fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Quando alij metu contremiscent ex calamitate, quam illis tam horrenda pronuntiabunt prodigia: Vos vos inquam exultate securi, quod enim illis futurum est pœnarum initium, vobis futurum est gloriæ principij. Hoc Deus electo bene operanti insinuat: Si bene egeris, eleuatio. Hæc est illa gloria testimonium bonæ conscientia: sicut mala iam nunc pœnas sustinet infernales. Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum: ita bona iam gloriæ fruitur præludij: Gloria honor & pax omnis operanti bonum.

Luc. 21. 28

Rom. 2. 9.

V. Gaudium ex bona conscientia in Sanctis.

Quanta quiete & pace terrestris ille Seraphim ex securitate conscientia fruebatur? Quæ potest alacritas comparari illi, qua perpetua gaudebat S. P. N. Dominicus quem nullius rei culpa torquebat? qui protestabatur, in terra nihil esse, quod illi posset adferre tristitiam, nisi peccata mortalium. Quam lætus iubilat Diuus Paulus mille circumcinctus a iherisatibus: tantum hoc suum esse gaudium testatus, vt cordis illud non capiant angustia, sed superestuat. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio. Lapidum imbre præfocatus Stephanus, faciem præfert Angelicam & excitatam: sic namque hæc verba testatur. Viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli, stantis inter illos. Gaudio iubilabat in craticula. D. Laurentius, qui tyrannum his verbis affatur: Infelix, has epulas ego semper optavi. Super arduos carbonibus ambulabat Diuus Tiburtius velut per rosas & flores: etenim quies & pax conscientia, quam eis Dominus diuina sua conferebat gratia illos velut principio quodam vitæ demulcebat: quod idem contigit adolescentibus illis in Babylonia piissimis: etenim ros ille suauissi-

2. Cor. 7. 4

Ab. 6. 15.

mus, & cæleste refrigerium a Deo concessum, illos inter horrendos ignium fragores fovebat, velut in paradiso voluptatis. Hæc bonæ conscientia lætitia spem auget futuræ gloriæ: nam hæc ex illa procedit.

Plane cæleste certumque est illud D. Aug. arguementum. Notissima est ea pœna, quam mala in præsentibus gignit conscientia, tñ ex iis quæ diximus, quam sup. ex eo quod per peccatum animæ potentia debet priuentur ordine: hæc autem inordinatio VI. magnam indubie debet inferre molestiam: sicut Similitudo. naturale est eandē in corpore conferre quotiescunq; membra vel luxantur vel inordinantur: ita principaliter ob timorem affectam pœnarum inferni & æternorum ignium, quibus peccator se cernit addictum secundum præsentem iustitiam, prout exposuimus, vita illius inferno & tremēdo Dei exponitur tribunalij, vt vnico tantum gradu hæc & ille diuidantur. Eodem sensu gaudiū est intelligendum ex bona profuens conscientia, tñ ob ordinatas animæ potentias, quam potissimum ob spem ex illa consequentem. Hoc Apostolus exposuit illa toties repetita sententia: Stipendium peccati mors: gratia autem Dei vita æterna. Stipendium quod manet peccatum mors est perpetua: quod autem iusto debetur, vita est sempiterna. Ita consequitur (aut præfatus Doctor) spes bonam conscientiam, vt aliquando Sacra scriptura spe appellet bonam conscientiam. Videatur inquit de hoc Apostolus. Nunc virtutes declarat Theologicas propriis distinctis nominibus: Manens in hac fides, spes, charitas. Nunc illas declarat. Spes supponit bonam conscientiam. Charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Hæc maximi referunt charitas, bona conscientia & vera fides. Cur omittis spem? Non illam omittit: quia sub nomine bonæ conscientiae declaratur. Nominans causam pro effectu: quia præcipuum bonæ conscientia, sunt actus spei vitæ, & optimè stabilitæ.

